ascendit ad *serram* montis qui dicitur ORDICOSA (*Orticosa*), et pergit super ipse *Pesclora*, qui dicitur FALCONARI, et pervenit ad ipse finis, qui sunt inter montes, e quibus unus vocatur SPINACIUS, et alter PORCACIUS, et inde ascendit ad *cristas* montis qui vocatur CAIRA, et pervenit ad ipse petre super *aqua* VIVOLA, et ascendit ad collem qui vocatur GIMBIRUTI.

DE *tertia parte* quomodo descendit per ipsum *querquitulum* et vadit directum in ipsum *fossatum* juxta ecclesiam S. DAMASI, et pergit directum in silice ad locum qui dicitur *arcu de* GIXZULI (*Gezzuli*), et quomodo vadit ad lacum RADEPRANDI, et inde pergit ad rivum qui vocatur MAROZZE, et qualiter descendit in fluvium qui vocatur CARNELLU, et ascendente per ipso fluvio usque ad *Aquam* que dicitur COSA, et salit per ipsum montem qui dicitur S. DONATI.

DE *quarta parte* fine media *serra* de monte S. DONATI, et quomodo descendit super ipsi *Monticelli* de MARRI, et vadit ad ipsi *Pescli* qui sunt ad pede de monte qui dicitur BALBA, et quomodo vadit inde super DUOS LEONES, et inde salit super ipse *serre* de CASALE, et inde descendit super ipsum montem super ipsa villa de GARELIANO, et inde vadit super ipsum *Pesclum* qui nominatur CRIPTA IMPERATORIS usque in fluvio qui nominatur GARELIANO, et ascendente per ipso fluvio usque ad priores fines.

(II. *Altre possessioni di Montecasino secondo la Bolla di Papa Zaccaria* (1)).

CONFIRMAMUS etiam in perpetuum eidem venerabili loco Ecclesias has: *S. IACOBI* in *TREMITI* (2), *S. IOANNIS* in *VE*-

(1) Si vegga il prec. Num. 616.

(2) *S. Iacobi in Tremiti*. La Bolla di Zaccaria non ne par-

nere, *S. Mariae* in *Cingla*, *S. Mariae* in *Plumbarola*, *S. Focati* in *Lesina* cum *piscaria* sua.

(III. *Possessioni descritte da Leone Ostiense* (1)).

In Comitatu vero Marsorum cella *S. Benedicti* in *Tilia*; S. *Victorinus* in *Celano*. In Teate *S. Liberator* super fluvium *Laentum*, *S. Angeli* in *Monteplano*, Castellum *S. Angeli*, Castellum *S. Petri*, Curtem *S. Ianuarii* cum pertinentiis suis inter has fines; ab uno latere fine Cripta Latronis, quae est sub *monticello* Sarracenico, et inde ascendit in *stafilum* (2) de Magella : de alio latere quomodo descendit in aquam Frassiningam, et inde mittit in rivum bacinnum et vadit in puteum de Capetano, inde in fossatum S. Iancarii, et in Rosentem. De alio latere finis Bisara in viam que vadit in lacunam supra S. Donatum; hinc in Figarum, inde in fossatum de S. Lucia, et ascendit per Aquam frigidam in limite de Monteplano, et sicut vadit sub ipsis limitibus in fossatu Garifuli, et ita vadit in Alento.

Inter quos fines nulli homini aliquid dedimus, sed sicut *Fisco Regali* pertinebat omnia in eodem coenobio obtulimus.

---

la, ma tocca sol delle Chiese di *Santa Croce* e di *Santa Maria* in *Tremiti*.

(1) Leo Ostiensis, Lib. I. Cap. 45. Qui non noterò punto le *Varianti*. Son cose appartenenti a' secoli dopo l'ottavo.

(2) *Stafilum*. Il dotto ed ingenuo Annotatore del Di Meo fece lunghe e felici ricerche sul significato di tal parola. Fermò con molti argomenti e con l'autorità d'una Carta Dalmatina del 1007 presso Giovanni Lucio, che lo *Stafilo* era una *Colonnetta* od una *lapide terminale* [1].

---

[1] Giuseppe Di Meo, Prefazione al Tomo 3.° degli Annali d'Alessandro Di Meo, pag. VI-IX. (A. 1797).

Dehinc ecclesia *S. Mariae* in *bacinno*; *S. Felicis* in *Pastoricio*; *S. Benedicti* in *terri* (*in Turri*); *S. Viti* supra flumen *Lavinum*; *S. Heliae* in *Selangario*; *S. Comitii* juxta rivum *trulum*; *S. Felici* in *Pulverio*; *S. Calisti* in *Iliano*; *S. Mammetis* ibidem; *S. Mariae* in *Ponctiano*; *S. Marci* (*S. Marci*) ibidem; *S. Eleutherii* in *rupi*; *S. Pali* ibidem una cum Castro *Calcaria*; *S. Erasmi* in *Cerrituplanu*, *S. Salvatori*, et *S. Martini* ibidem; *S. Benedicti*, *S. Mariae*, et *S. Comitii* in *Orno*; *S. Calisti*; *S. Petri* in *Mallianella*; *S. Mauri* et *S. Renati* in *Taratonlano* et Piczu *Corvarium*; *S. Calisti* in Valle supra *Laentum*; *S. Mariae* supra Favam de *Laento*; *S. Savini* in *trevanico*; *S. Clementi* in *Plumbata*; *S. Mariae* in fluvio *Foro*; *S. Petri* in *Lolliano*, Monasterium *S. Severini*; *S. Mariae* in *Ripa*; *S. Andreae* in Colle de *Albe*; *S. Petri* in *Ari*, *S. Angeli* ante Civitatem *Ortonam*; Castellum de *Ungo*, Castellum de *Prato* (*Preta*); *S. Crucis* in Castro *Casale*, Monasterium *S. Pancratii*, *S. Petri* in Civitate *Teatina vetere*, *S. Pauli* ibidem; *S. Teclae* in Civitate *Teatina nova*, *S. Theodori*, et *S. Salvatoris* in *Aternu* cum portu suo.

In Comitatu Pinnensi Ecclesia *S. Felicis* in *Stabulo*, *S. Benedicti* in *Lauriano*, *S. Scolasticae*. juxta fluvium *Tabe*, *S. Angeli* in *Galbanice*, *S. Felicis* in *Rosiccle*, *S. Mariae* ad *Paternum*, *S. Martini* in *Genestrula*, *S. Petri* et *S. Ceciliae* in *Castronlano*, *S. Petrus* in *Termule*; *S. Benedicti* et *S. Narie* in *maurinu* cum *portu* suo, *S. Victoris* in *Silvaplana*, *S. Benedicti* et *S. Scolastice* in *Pinne*,

(IV. *Chiese nel rimanente del Regno Longobardo, e fuori. Chiese di Napoli, di Sorrento e di Gaeta* (1)).

S. MARIAE, et S. BENEDICTI et S. COLUMBE in ALARINO; S. MARIE in COSENTIA; S. BENEDICTI in BARI; S. SEVERI in SORRENTU; S. BENEDICTI et S. ANDREAE in CAUDI; S. SOPHIAE in BENEVENTO; S. CECILIAE in NEAPOLI; S. BENEDICTI in SALERNO; S. BENEDICTI in GAGIETA; S. SALVATORIS ibidem; S. LAURENTII in MAJOLISI; S. MAURI in MERANISI; S. MARIAE in MARITENDULO; S. AGAPITI, S. SCOLASTICAE in TEANO; S. IOHANNIS in IRPINISI, S. REPARATAE, S. MAXIMI in rivo BULANU, CAMPUFRIDDU; S. MARTINI in VULTURNU cum portu suo; S. MARIAE in TURCINU; S. BENEDICTI in BENEVENTO; S. ANGELI in ALEFRID.

(V. *Chiese in Abruzzo nella Contea di Comino*).

IN COMINU S. VICTORINI; S. ERASMI, S. MARIAE, et S. QUIRICI in ARCI; S. COMITII in PISCARIA; S. PETRI in CECCAUM; S. LIBERATORIS in PUSCOLLE; S. LOPARDI, et S. PETRI in TEZZANICO,

(VI. *Altre Chiese nella Liburia e nel Ducato di Benevento*).

S. ANGELI in LAJANU; S. BENEDICTI in CASAGENZANA; S. BENEDICTI in LAURIANA, S. BENEDICTI in CILICIA; S. PETRI in CONCA; S. BENEDICTI in PANTANU; S. VIGILII in MONTE S. ANGELI; S. MARIAE in CALVO; S. MAURI in Gualdo LIBURIE, S. SCOLASTICAE in PADULE; S. MARTINI in CUPULI; S. BENEDICTI in ATINA.

(VII. *Sei Chiese nella Contea di Modena*).

In Comitatu Mutinensi (1) monasterium *S. Benedicti* in *Adili*; monasterium *S. Martini* juxta *stratam petrosam*; monasterium *S. Joannis* in curte *Frassenetula*; monasterium *S. Domnini* in Curte *Argele*; monasterium *S. Vitalis* in Curte *Calderaria*, monasterium *S. Mariae* in *Laurentiatico*.

Cum omnibus pertinentiis eorum in quibuscumque locis positis seu casalibus, aut fundoris tam domnicatum, villis cum rusticis et colonis, et cum colonis, et cum famulis utriusque sexus per singulas curtes, et per singula monaste-

(1) *In Comitatu Mutinensi.* Del fondo Adili e d'altre terre di Montecasino in quel di Modena, parla, ma senza grandi particolarità, Leone Ostiense [1]. Il Tiraboschi [2] ampiamente illustrò da suo pari questi brani spettanti a Modena del Diploma presente, di cui gli fu data Copia, secondo il Registro di Pietro Diacono, dal P. D. Placido Federici, Archivista di Montecasino, ed Autore della Storia del Monastero Pomposiano: il Secondo Tomo della quale vidi Manoscritta nell'Archivio del Sacro Monte. Non so se dal P. Federici si diè intera questa Carta del Registro di Pietro Diacono al Tiraboschi, o non piuttosto i soli ricordi appartenenti a Modena. La ripugnanza dell'anno *quinto* coll'Indizione *duodecima* non dovea fare nè fece alcuna impressione sull'animo del Tiraboschi; nè dubitò in alcun modo egli, che la possessione delle sei Chiese qui notate nel Modonese non fosse stata dal Re Desiderio confermata in favore di Montecasino. Ed in verità nulla impedisce di credere, che con un vero suo Diploma, oggi perduto, quel Re avesse fatto una tal conferma; ed anzi fosse stato autore d'una primitiva donazione, che poi dal Compilatore di varie Carte in una sola fu mescolata e confusa con le tante donazioni de' secoli seguenti.

1 Leo Ostiensis, *loc. cit.* L. I. Cap. 54.

2 Tiraboschi, Storia di Nonantola, I. 443-453. (A.1784).

ria que superius leguntur una cum terris vineis pratis pascuis silvis pescationibus venationibus occupationibus cultum, incultum, divisum, et indivisum, arboribus fructiferis, et infructiferis, et pomiferis diversi generis, et cum omnibus super se, et infra se habentibus in integrum in eodem monasterio Casinensi concessimus in perpetuum semper habendum.

Pariter etiam in eodem loco concedimus cunctas res que in eodem loco oblata sunt per omnes regni nostri fines, seu et que amodo in antea qualiscumque homo donare vel offerre ex rebus suis. Item de terris, casis, vineis, molendinis in praedicto sancto et venerabili loco voluerint licentiam et potestatem habeant donare et offerire cum quali ratione voluerint suorum sint licentiam sine contrarietate Principis, Archiepiscopis, Comitibus, Episcopis, Castaldeis, Iudicibus; ut quemadmodum ad eumdum venerabilem monasterium S. Benedicti possessae fuerunt, *per hanc nostrae confirmationis auctoritatem* (1) nostris futurisque temporibus abbas ipsius loci S. Benedicti firmiterque, inviolabiliterque teneat, et possideat, prout facultas vel utilitas ipsius venerabilis loci exigerit.

Ita ut nullus *Iudex publicus*, quislibet ex judicialia potestate in cellas et villas, aut agros, seu loca, sive reliquas possessiones nostri coenobii S. Benedicti, quas moderno tempore in quibuscumque paginis et territorio infra regni nostri dicione juste et legaliter possidet, vel quidquid deinceps divina pietas ipso loco voluerit augere ad causas audiendas, *vel fredi* aut tributa exigenda, *vel man-*

---

(1) *Per hanc nostrae confirmationis auctoritatem.* Il confermare i doni di Gisulfo e gli altri possedimenti di Montecasino fino al 761 fu la vera natura del perduto Diploma, non avendo il Re, per quanto pare, donato nulla di suo, se non forse le sei Chiese nella Contea di Modena.

siones aut paratas faciendas vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterii tam liberos quam servos, seu *cartulatos* vel offertos, et qui super terra ipsius monasterii resident; nullatenus distringendos nec ullas redivitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris futuris utrisque temporibus ingredi audeat, nec ea quae superius memorata sunt penitus exigere praesumat, sed liceat praesente Theothmari venerabilem abatem, ejusque successores una cum Congregatione ibidem Deo famulante sub nostrae munitatis defensione quieto ordine vivere ac residere, et Dominum pro nostra anima supplicare.

Et quicquid fiscus, et jure jam prephati monasterii *pars publica* sperare poterat *pro animae nostrae mercede* luminaribus ipsius venerabilis monasterii nostra maneat auctoritate concessum.

Nec non etiam a nobis addi atque confirmari placeat, ut ex omnibus rebus vel mancipiis ex ipso monasterio pertinentibus *cartulatis* vel offertis, liberos atque servos ubi pars ipsius monasterii eligerint, atque adclamaverint ministri vel exactoribus publicus per tres aut duos circa manentes atque consistentes veraces homines quos ipsius monasterii monachi acclamaverint, inquisitio fiant qualiter et rei veritas facilius investigetur, et monachi ipsius monasterii suam valeant justitiam consequi (1).

(1) Tutte le cose nominate in questo paragrafo appartengono a' tempi non de' Longobardi e del Re Desiderio, ma si de' Franchi dopo Carlomagno. La *freda*, le *parate*, le *mansioni* e l'*esenzioni* od *immunità* concedute a' Monisteri dalle ordinarie giurisdizioni del Regno Longobardo ripugnano agli Editti de' suoi cinque Legislatori, da Rotari fino ad Astolfo. Si veggano le cose già dette nelle Note al prec. Num. 445. sopra una più che dubbiosa donazione del Re Liutprando a San Carpoforo di Como, e massimamente nell'ultima Nota sull'*esenzioni* ed *immunità* delle Badíe; e si vegga il giudicato d'Arechi, Duca di Benevento, nel seg. Num. 779.

Ita ut post facta inquisitione rem quam clamaverint praedicti veraces homines jam predicte pertinere monasterio liceat monachi quiete possidere, ut nulli liceat monachi de predicta monasterio in palatio quorumcumque taliter responderę aut sacramentum compellere.

Si vero de servis aut ancillis vel de quibuslibet rebus horta fuerit intentio liceat monachi ejusdem monasterium ipsos retinere, quousque in nostra presentia seu de eumdem predecessorum nostrorum presentia veniat, et ibidem coram nobis deliberentur.

Quicumque hanc nostram regalem adversus institutionem ire templaverint, avetaque (*sic*) supra memorata vel comprehensa sunt minime observare quia fortasse violare aut dirrumpere temptaverint, sciat se pena persolviturum abatibus ipsius monasterii, et munitate nostra quam in omnibus constituimus ecclesiis, scilicet centum libras auri obtimi.

Precipimus etiam ubicumque repertus fuerit ex rebus ipsius monasterii vel ceteris illicitas atque damnosas seu inutiles quos scriptiones vel commutationes evacuentur, et ad ejus vel potestate ipsius monasterii restituatur. Ut cum haec nostra regalis perceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, anulo nostro (1) subter insignirii precepimus.

Paulus *Diaconus et notarius* (2) ex jussione Domini nostri Desiderii Serenissimi Regis scripsi.

Actum Civitate Papia.

Data vero anno Regni ejusdem gloriosissimi Regis *quinto*, mense Decembrio, per indictionem *duodecimam*. –

Desiderius gratia Dei Rex Langobardorum.

---

(1) *Anulo nostro.* Si vegga ciò che ho detto della segnatura de' Regj Diplomi coll' anello ne' prec. Num. 618. 671.

(2) *Diaconus et Notarius.* Così Paolo è chiamato da Leone Osticnse (Lib. I. Cap. 15); in conferma di che l' Abate della Noce ricorda nella sua Nota il presente Diploma.

Conclusione.

Or altro io non farò se non chiedere il permesso di recitare alcune parole dell' ultima Nota, soggiunta da me al testè ricordato Num. 445 intorno al Diploma di Como, che s' attribuisce al Re Liutprando.

» Dopo queste considerazioni, egli è ben facile il ravvisare, » che dalla sostanza di molti Diplomi dati alla Chiesa di Como, così da Liutprando e dagli altri Re Longobardi, come » dagl' Imperatori Carolingi ed Ottoniani, un ignoto Compendiatore nell'undecimo o duodecimo secolo trasse poche parole » d'un Diploma unico, e pose tutte le donazioni ed i Privilegj solo addosso a Liutprando, quasi al più antico! ».

NUMERO DCCLXXIV.

Brani di Lettera del Pontefice Paolo I.° al Re Pipino intorno alla lentezza delle restituzioni, che il Re Desiderio faceva delle Giustizie di San Pietro.

Anno 761. in fine.

(Dal Codice Carolino del Cenni, con le Correzioni del Gentilotti (1)).

Domno excellentissimo filio, et nostro spiritali *compatri* Pippino Regi Francorum, et Patricio Romanorum, Paulus Papa.

. Dum tam maxima nobis dilectionis affectio erga vestram .... Excellentiam insistit, ob hoc, sicut terra sitiens imbriferam desiderat inundationem, ita quoque vestrae prosperitatis cupimus addiscere nuntia, et *de vestris profectibus gratulari* (2).............

(1) Cenni, Monum. Dom. Pontificiae, I. 185.
È la Lettera XVII.ª del Codice Carolino, e la XXIX.ª Cronologica del Cenni.

(2) *De vestris profectibus gratulari.* Parla della guerra di

INTEREA duarum epistolarum series, quas vestra direxit excellentia, cum magno suscepimus amore; unam quidem primitus per PETRUM primum Defensorem *Missum nostrum*; et aliam per praesentes fidelissimos *vestros Missos* WIDMARUM scilicet, et GERBERTUM Abbates, atque HUGBALDUM *virum illustrem*, quarum paginam indagantes, mox liquido cuncta in eis exarata didicimus; immensas protinus de nostro referentes laudes, qui nos de vestra annuit sospitate gratulari...........

UNDE, et in nostra fixi charitatis connexione, ideo juxta id, quod petendo direximus, praelatos (*praefatos*) nos vestros videmini direxisse Missos; qui apud LANGOBARDORUM imminerent Regem, pro diversis sanctae *Dei* Ecclesiae causis ac justitiis, et in nostro assisterent solatio; pro quo innumerabiles vobis referimus gratiarum actiones, quia vere, sicut benignus Rex, animator spiritalis matris vestrae, sanctae Dei Ecclesiae agere, Christianissime fili, et *spiritalis Compater*, semper studes, et profecto erit tibi Dominus, et in praesenti, et in futura (*sic*) dignus retributor.

Nos itaque, Excellentissime, et a Deo protecte fili, et *spiritalis Compater*, firmi in vestrae charitatis dilectione permanemus. Nec est ulla rerum, aut temporum qualitas,

---

Aquitania e delle vittorie ivi conseguite di Pipino. Ma tal guerra non cominciò prima del 760, terminata che fu la Saracenica nel 759 (*Vedi* prec. Num. 729); e però bene avverte il Cenni, che al Muratori mancò il fondamento di collocar la presente Lettera sotto l'anno 759. E con ragione lo stesso Cenni riprova i Padri Le Cointe e Pagi di crederla scritta nel 766. Troppe cose avvennero tra Paolo I.° e Desiderio, le quali certamente non si ristrinsero in quel solo anno 766, che fu il penultimo della vita di tal Pontefice. Segua dunque il Cenni, che pone la data della Lettera nel 761.

quae nos a vestra charitate possit separare, quia tu vere noster, post Deum, constat esse *defensor* et *auxiliator*.

Praelati (*praefati*) denique *Missi* vestri, in nostri praesentia, cum Langobardorum *Missis*, nec non et Pentapolensium, ac singularum nostrarum civitatum, hominibus adastantes, comprobatio coram eis facta est, de habitis inter utrasque partes *aliquibus justitiis*, videlicet de *peculiis* inter partes restitutis. Nam de finibus civitatum nostrarum, et patrimoniis beati Petri, ab eisdem Langobardis retentis atque invasis, nihil usque hactenus recipimus etiam ea, *quae primitus reddiderant, denuo invaserunt* (1). Unde constitit, ut nostri ac singularum nostrarum civitatum *Missi*, ad Desiderium Langobardorum Regem, cum vestris progredi debeant *Missis*, ut in eorum atque praedicti Regis praesentia, pro eisdem finibus ac patrimoniis, comprobatio fiat, nobisque omnia juxta restituantur; et nescimus, quid ex hoc proveniendum sit; attamen per praelatos (*praefatos*) vestros *Missos*, rei agnoscere potestis meritum.

(1) *Denuo invaserunt.* Qual fu il motivo od il pretesto di questa nuova invasione del Re Desiderio verso la fine del 761? Due cagioni mi sembrano potersi assegnare: 1.ª La protezione, che i Duchi di Spoleto e di Benevento domandavano contro lui, od egli sospettava potessero domandare al Re Pipino per mezzo di Paolo I.°, sì come aveano fatto i due precedenti Duchi nel 757 (*Vedi* prec. pag. 710): e però Desiderio li scacciò. 2.ª La brama del Re Desiderio, che Pipino restituisse gli ostaggi datigli nel 756 dal Re Astolfo, e ritenuti tuttora in Francia per più di sei anni. Del resto le parole di Paolo I.° non sono molto acerbe contro il Re Longobardo in questa Lettera; ed egli è permesso di credere, che l'invasioni fossero state alcuni degli oscuri e brevi ma frequenti susurri e tumulti fra gli abitatori dei confini. Dalle risposte di Pipino, delle quali si vegga il seguente Num. 775, si vede chiaramente, che il Re de' Franchi non tenne in gran conto le nuove querele di Paolo I.°

Quapropter quaesumus a Deo protectam Excellentiam vestram, ut ita disponere, jubeat, ut *plenarias* de omnibus recipere valeamus *justitias*, quatenus. isdem (*idem*) B. Petrus, princeps Apostolorum, pro cujus restituendis luminariis decertatis, firmissimus vobis sit auxiliator, ac optimus remunerator. Nam pro certo agnoscat excellentissima Christianitas vestra, quia si nobis praelati (*praefati*) civitatum nostrarum ab eisdem Langobardis invasi fines, atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea, quae primitus reddiderunt, invadere insidiabuntur; quapropter obnixe petimus Christianitatem vestram, ut vestra solita dispositione..........

Et ea, quae vestri *Missi* sibimet a vestra praecellentia injuncta habuerunt, nobis liquidius referentes, ad singula eis responsum reddimus, et de omnibus eos informavimus, quae vestrae Excellentiae referre debeant, nostrasque petitiones vestris studeant intimare auribus... .... Incolumem Excellentiam vestrum gratia superna custodiat.

NUMERO DCCLXXV.

Brani d'una Lettera di Paolo I.° al Re Pipino intorno ai soliti affari con Desiderio, Re de' Longobardi ed alla continua minaccia de' Greci contro Roma.

Anno 762. in principio.

(Dal Codice Carolino del Cenni, con le Correzioni del Gentilotti (1)).

Domino excellentissimo filio nostro spiritali Con-

(1) Cenni, Monum. Domin. Pontif. I. 196.
È la Lettera XXX.ª del Codice Carolino, e la XXXIII.ª Cronologica del Cenni, che la pone sotto l'anno 762.

PATRI PIPPINO REGI FRANCORUM, ET PATRICIO ROMANORUM, PAULUS PAPA.

DUM tanto vestrae sublimissimae Excellentiae beneficio, et impenso opitulationis adminiculo, sancta spiritalis mater, et peculiaris vestra universalis Dei Ecclesia dinoscitur relevata, quae humana lingua sufficere valeat, ad hujus benignae vestrae operationis merita gratiarum referre actiones?...............

INTEREA magno affectu circa vestram a Deo protectam eximiam Excellentiam fervescimus, debitum visitationis, et salutationis naviter procuravimus sublimitati vestrae persolvere, eximie fili, et *spiritalis Compater*, hoc interea vestram meminere (*meminisse*) volumus Excellentiam *nuper* (1) nobis direxisse, *quatenus in pacis dilectione cum* DESIDERIO LANGOBARDORUM *rege conversare studeamus* (2), quod quidem si ipse excellentissimus in vera dilectione, et fide, quam vestrae Excellentiae, et sanctae Dei ROMANAE Ecclesiae spopondit, permanserit, utique nos in charitate firma, et stabili pace cum eo permansuri erimus, observantes illud Dominicae praeceptionis documentum: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* (Matth. 5).

Hoc itaque innotescimus Christianissimae eximietati vestrae, eo quod convenit inter nos, et eundem LANGOBARDORUM Regem, ut pariter nos in RAVENNANTIUM urbe praesentare studeamus ad perficiendas quasdam utilitates

(1) *Nuper.* Questa Lettera fu dunque scritta poco dopo l'altra, della quale *Vedi* prec. Num. 774, intorno a' sempre rinascenti motivi, che turbavano la pace col Re Longobardo.

(2) Ecco la fredda risposta, che fece Pipino alle querele di Paolo I.° (*Vedi* lo stesso Num. 774): la risposta, cioè, *di vivere in pace col Re Desiderio.* Non meno fredda su' Longobardi è la risposta del Papa nella presente Lettera.

spiritalis matris vestrae, sanctae nostrae Ecclesiae, et *pertractandum pro* GRAECORUM *malitia, qui cotidie imminent in ipsam* RAVENNATEM *ingredi civitatem* (1). Dumque pariter praesentati, quicquid locuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, excellentissimae, et a Deo protectae eximietati vestrae innotescimus (*innotescemus*)..................

INCOLUMEM Excellentiam vestram gratia superna custodiet.

(1) *Ingredi civitatem.* Ecco i Greci di Bisanzio sempre tenaci del proposito di riaver l'Esarcato di Ravenna e di guerreggiar contro Roma: perpetua minaccia, che si rincrudelì al principio del 761, come s'è veduto nel prec. Num. 752.

NUMERO DCCLXXVI.

Brani d'un'altra Lettera scritta poco dopo da Paolo I.° al Re Pipino sullo stesso argomento.

ANNO 762. in principio.

(Dal Codice Carolino del Cenni, con le Correzioni del Gentilotti (1)).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, ET NOSTRO *SPIRITALI COMPATRI* PIPPINO REGI FRANCORUM, ET PATRICIO ROMANORUM, PAULUS PAPA.

DUM tanto vestrae sublimissimae Excellentiae beneficio .... Hoc interea vestram meminere (*meminisse*) volumus Excellentiam; *nuper* nobis direxisse, quatenus in

(1) Cenni, *loc. cit.* I. 198.

È la XXXIII.ª del Codice Carolino, ed anche la XXXIII.ª Cronologica del Cenni, sotto l'anno 762. Il Muratori la pose nel 761; ciò che potè anche avvenire, ma verso gli ultimi giorni di quell'anno. Invano poi, come ben disse il Cenni, fu questa Lettera collocata da molti nel 759, quando i Greci non ancor minacciavano Roma e Ravenna coll'armi.

pacis dilectione cum Desiderio Langobardorum Rege conversari studeamus..... Pro Graecorum malitia........ (*Seguono le stesse parole, già riferite nella precedente Lettera sotto il Num.* 775).

NUMERO DCCLXXVII.

Fridulo di Brancoli *cambia casa e beni con Rachiprando, Rettore di* S. Maria di Sesto.

Anno 762. Aprile.

(Dal Barsocchini (1)).

In Dei nom.

Regnante dn. nostro Desiderio, et Adelchis regibus, anno regni eorum *sexto*, et *tertio*, mense aprilis, inditione quintadecima.

Placuet, adque convenit inter Fridulo filio qd. Cicconi de Brancalo, nec non et Rachiprando presb. Eccl. S. Marie in loco Sexto, ut inter se cambium facere deberent....ita et factum est.

Unde dedi ego q. s. Fridulo tibi Rachiprando presb. tertia parte de casa in loco Mitiano, qui a qd. Ciccone patre meo in comparationem obvenit *da* Perseradulo, ipsa casa cum fundamento curte: simul et una *petia* de vinea in eodem loco Mitiano, et est caput et latere tenente in vinea S. Marie, et alio latere in vinea Achipertuli et Sanituli gg. mei, et alio capite in vinea Achipertuli.

Et recepi a te Rachiprando presb. ego Fridulo *in viganio* de res Eccl. S. Marie una clausura de vinea in Brancalo, ubi vocabulum est ad Cella, clausura illa in integrum, quem ad......*massario* Eccl. S. Marie.

(1) Il Barsocchini [1] ricavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († H. 31).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 46.

Ubi et de sua presentia direx . .·. Cler. qui ipsa causa assimilare deberet, et in omnibus . . . . que ad parte Eccl. receptum est in viganio, esse meliorata.

Unde modo ambo. . . . . qualiter convenit istabilem debeat permanere.

Et quis ambe partes nos, seo heredes vel successores nostri contra hanc cartulas ire temtaverit per quolivet ingenio, ipsas suprascriptas res intentionando vel subtrahendo: et adhuc si a nus alterius minime defensare potuerimus, compuniturì esse promettimus pars parti ad quem disractum fuerit, et defensare non potuerint una cum heredis et successores nostros penam. . . quinquaginta.

Unde duas cartulas juxta paris tenure conscriptas a. . . . rogatus scripsi ego Fratellus presb.

Actum Luca regnum et indictione suprascripta feliciter.

Signum † ms. Fridulonis qui hanc cartulam *cambiationis* scrivere rogavit

† Ego Ilmifrus diac. rogatus a Fridulo in anc cartulam cc. me teste subs.

†. Ego Deusdona presb. rogatus ec.

Signum † ms. Teudiprandi filio qd. Ermi testis

Signum † ms. Petronaci filio Baronaci testis

Signum † ms. Saxuli cler. filio qd. Autelmi testis

† Ego Fratellus (1) presb. post tradita complevi et dedi

(1) *Fratellus*. Ecco un nome proprio tutto Latino, innanzi che divenisse parola prettamente Italiana.

NUMERO DCCLXXVIII.

Peredeo, Vescovo di Lucca, divide i suoi averi con Sunderado, suo nipote.

ANNO 762. Maggio 26. e 27.

(Dal Bertini (1)).

(Manca il principio).

....

(TENENTE.....PISANA, *qui* .... *prati*......(Bars.)). Et *petio* uno, qui est ad latere de terra FRANCULI *da* fossa domnica, in integrum.

ET medietate de campo ad ALBARO, latere tenet (*tenente* (Bars.)) *da* exorgiente, fini signa posite..... mpo (*campo* (Bars.)) qui est prato, qui est ad latere de ipso Campo ad....exorgiente (*ad*.....da *exorgiente in eorum fini ipsas casas et Signa posite* (Bars.)) in integrum, fini ipsas casas, et signa, posit...ad FRAXO domni (*domni*... *medietate*, *caput tenente da trasmuntante fini signa posite* (Bars.)). ....edietate, caput tenet, que....te fini signa posite.. . ampo (*et campo* (Bar.)) ad FILICITO medietate, qui tenet latere in terra FRANCHULI, fini signa posite.

ET clausura de vinea da WARNICHIS, medietate latere tenet....et in vinea DAMMIANI Presbiteri, et ALPRANDI, fini signa posite.

ET *petio* (*uno* (Bar.)) de vinea da GAUDENTIOLO, latere tenet in via pu....c.(*publica*)....capite uno tenet in vinea ALPRANDI, fini signa posite....nea (*et vinea* (Bar.)) ad Sancta MARIA de *petio* MAUNE, medietate *da*...... *Trasmontanae*

(1) Il Bertini [1] trasse quest'*Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († L. 46). Molte Correzioni e Giunte, da me non dimenticate, vi si fecero dal Barsocchini [2].

1 Bertini, *loc. cit.* pag. 96. Appendice.
2 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 47.

★

(*de pretio majore medietate* da *transmuntante* (Bar.)), fini signa posite.

Et ordini longi, qui sunt sub casa Carelli.

Et *petio* majore de vinea *Sundriali*, quos habuit, et (si cassi l'*et* (Bar.)) Cuntipertilo qui tenet caput in vinea Sancti Donati.

Et *petia* sub vinea (*Et* petio *de vinea* (Bar.)) ad Sarito, qui tenet caput in vinea Sancti...... (*S. Marie* (Bar.)).

Et *petio* sub vinea Pretestati (, *qui fuit Pretestati* (Bar.)), ipsas suprascriptas *petia* de vinea in integrum.

Et de ordini longi ad Orta sub Sancta Maria medietate *da*.... *Transmontanae* (da *trusmuntante* (Bar.)).

Et de Campo Majore ad Luniperto (*ad Iunipero* (Bar.)), ubi dicitur Fraxo, medietate latere tenet in terra de filii Carelli, fini signa posite.

Et de campo ad Piro Gibbo, medietate latere tenet *da* exorgiente, fini signa posite.

Et campo ad *Viniale* Brunarj, qui tenet latere in terra S. Donati in integrum. Campo sub casa Brunarj, medietate latere tenet in terra de filii Guadimarj, fini signa posite. Campo ad *Via pubblica*, medietate latere tenet in terra Bounarj, fini signa posite.

Hec omnia suprascripte terre, vel vinee cum arboribus fructiferis, vel infructiferis suis in integrum sint in ista *sorte* cum introitum, vel exitum suum, sicut antea fuit; nisi tantum pomas fructiferas, qui sunt in caput de vinea nostra da Gaudentiolo, et pomas ad S. Maria ad hortalia homenis nostris deviduntur per numerum.

Facta notitia temporibus Domnorum nostror.^m Desiderii, et Adelchis Regibus, in anno regni eorum *sexto*, et *tertio*, septimo calendas Junias, per Indictione quintadecima.

Ex dictato Venerabilis Peredei in Dei nomine Episcopi scripsi ego Osprandus Diaconus.

Similiter notitia de silva in Sarciano (*Rusciano* (Bar.)), qui mihi da Sunderad Nepote meo, in parte obvinet; Idest *sorte* de ipsa silva da homenis de filii Walperti medictate; nisi tantum ei exinde de proprio meo dedi *pertica* una de latitudine, fini signa posite.

Et de terra nostra ad Sannule (*Rannule* (Bar.)), medietate parte *da* via publica fini signa posite, qui ascia (*cum via sua* (Bar.)) qualiter ividem data est.

Notitia facio ego Peredeus in Dei nomine Episcopus, qualiter devisionem feci in Rasiniano cum Sunderad nepote meo de res illa, quas antea ividem non devisimus.

In primis de campo ad fine *sundriale* una *petia* longa; tenet capite uno in fine, et latere uno tenet in alia *petia* longa in ipso campo, fini signa posite.

Et alia *petia* minore de ipso campo, latere uno tenet in terra Lamitei Presbiteri, et capite uno tenet in terra de homenis Sancti Michaeli; fini signa posite, quod est inter predictas ambas *petias* medietate de ipso campo nostro *sundriale.*

Et medietate de silva nostra ad Capitito Maiure, latere tenet in terra Pestrifunsi (*Pertifuns* (Bar.)); fini signa posite (*Similiter de vinea* sundriale *de* petia *minore medietate, latere tenet* da *trasmontante fini signe posite* (Bar.)), excepto tres modiorum, et sistariorum septe de ipsa silva, qui stancliata est ad parte mea ab ipso Sunderado, fini signa posite.

Et de vinea *sundriale* de *petia* majure, medietate latere tenet *da Transmontanae*; fini signa posite, quod est inter predictas ambas *petias* de vinea *sundriale* infra ipsa *da* usura (*Clausura* (Bar.)) medietate.

Et de fundamento nostro *sundriale* ab Isula (*ubi sala*

(Bar.)) antiqua posita fuit, medietate latere tenet da *Transmontane*; fini signa posite, sicut ex antiquo in re fundamento (*ipso fundamento* (Bar.)) fuit.

Similiter et de orto *sundriale*, quem habuet Pertilo ante casa sua, medietate latere teuet *da Transmontane*; fini signa posite.

Facta notitia temporibus Dominorum nostrorum Desiderii et Adelchis Regibus, in Anno Regni eorum *sexto*, et *tertio*. Sexto calendas Junias, per Indiction. XV. Et ex dictato Venerabilis Peredei in Dei nomine Episcopi Ego Osprandus Diaconus subscripsi.

† Ego Peredeus *exiguus* Episcopus in hunc breve subscripsi.

† Ego Sunderado in hanc Breve subscripsi.

(*Seguono tre testimoni presso il Barsocchini*).

Signum † ms. Ermicaldi filio qd. Barunci testis
Signum † ms. Teupert filio v. m. Teudeperti testis
Signum † ms. Wilipert filio b. m. Ghispert testis

NUMERO DCCLXXIX.

Giudicato d'Arechi od Arigiso, Duca di Benevento, in Montella, *non lontana* d'Avellino; *a favore dell' Abate di San Benedetto in Benevento, contro alcuni servi di* Prata *presso* Alife, *che pretendevano esser divenuti liberi.*

Anno 762. Agosto.

(**Dalla Cronica di Santa Sofia presso l'Ughelli (1)**).

In Dei nomine, Coniunximus nos Dominus vir glorio–

(1) Ughelli, Ital. Sacra, VIII. 617. (A. 1662). Ex Parte II.ª Num. 15. Cod. Vatic. 4939.

sissimus Atrichus (1) summus Dux gentis Longobardorum, in curte nostra, quae vocatur Montella, vbi viuens Mauritius venerab. Abbas, Monasterium s. Benedicti, quod situm dignoscitur esse intra ciuitatem nostram Beneuentanam, vbi Xenodochium esse inuenitur, et suggessit nobis; eo quod *condomam* quam bonae recordationis Domina Theoderada. cum Domino Gisolpho filio suo obtulerunt in praedicto monasterio, quae (*condoma*) habitare videtur in Prata Zacharias qui fuit Abbas contra Canonicam Regulam liberauit, sicque modo se a suo seruitio subtrahere quaerant.

Nos quippe dum talia audissemus, continuo iussimus ante nostra vestigia ipsos homines, id est, Coelestinum, Lupum, et Vrsum, qui causam suam de germanis agebant (2), et inquisiuimus eos pro qua ratione se a seruitio ipsius venerab. Monasterij subtraherent? Qui adserentes dixerunt: Certe verum est quia et nos a parentibus nostris Domina Theoderada cum Domino Gisolpho Duce filio suo contulerunt in ipso Monasterio, et serui exinde fuimus ei; post ea Zacharias qui ibi Abbas fuit, liberos nos constituit per praecepta gloriosissimae mem. Dom. Gisolphi iunioris, seu Godeschalchi Ducum, et *per legem* qualiter liberi constituti sumus, in nostra libertate permanere debemus.

Ad haec respondebat nominatus Mauritius Abbas: verum est sicut asseritis, quod vos quandoque Zaccharias liberos constituit, sed non sicut *secundum legem*, et san-

(1) *Atrichus*. Questi è il celebratissimo Arechi od Arigiso, che seppe indi resistere a Carlomagno, e si fe' gridar Principe di Benevento. Fu l'amico di Paolo Diacono, ed è creduto autore del Prologo Storico ad un suo famoso Diploma del 774.

(2) *Causam suam de germanis agebant*. Degli altri, cioè, che componevano la *condoma*.

ctorum Patrum institutionem, seu Canonicam sanctionem; et ideo vobis ipsa libertas firma, et stabilis esse non debet, sed qualiter secundum offertionem istam, quam ecce prae manibus teneo, vos nominata potestas concessit, seruire debetis.

Tunc dum haec omnia nostra gloriosa potestas intellexisset, fecimus religi offertionem, quam Mauritius Abbas Monasterij ostendebat, et insertum ibi inuenimus, qualiter Domina Theoderada cum Domino Gisolpho filio suo Duce supranominatas *condomas* ibidem concesserunt per suum firmissimum praeceptum; deinde iussimus religi et praecepta alia, quae Caelestinus cum nominatis parentibus suis de sua libertate ostendebat, vbi legebatur: qualiter eos Dominus Gisolphus iunior Dux seu Godeschalk qui fuerat Dux, per rogum quondam Zacchariae libertassent, sed etiam et firmitatem de ipsis praeceptis quam eis emiserant Scauniperga cum Liuaprando filio suo.

Quibus relectis, et agnitis eorum altercationibus, praecepimus sacros adduci Canones in nostram praesentiam, quorum capitula, ita continentes inuenimus in sanctorum Apostolorum, seu Nicaeno, necnon et Ancyrano, atque Sylvestri Papae Vrbis Romae Concilijs (1): vt nullus Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum et Clericorum, qui sacris et venerabilibus locis praeessent, res Ecclesiae

---

(1) *Nicaeno....Ancyrano,... Conciliis.* Ecco qual era la *Lex Romana*, che seguitavano gli Ecclesiastici: la *Lex Romana*, che s'insinuava sovente nel Dritto Civile de' Longobardi, e non di rado il vinceva. Sta bene: ma per questo può egli dirsi, che i vinti Romani vivessero a *Legge Romana*? Lo stesso Arechi dirà ben presto, ch'e' giudicò i querelanti, ovvero i Monaci, e però gli Ecclesiastici di San Benedetto in Benevento, secondo l'Editto Longobardo Rotariano.

distraherent, aut alienare praesumerent; et qui praesumerent, a proprio gradu discederent.

Post haec, vt inreprehensibiliter praestante Domino iudicium dare possemus, iussimus adduci *edictum gentis nostrae* Longobardorum (1), quod sciscitantes inuenimus, qualiter bonae recordat. Dominus Liutprandus Rex (2) iudicauit, et instituit vt praecepta facta, quae anteriora essent, firmiora et stabiliora essent; sicut voluimus vt nostra praecepta semper robur obtineant; idcirco decreuimus atque statuimus: vt nominati homines, id est, Coelestinus cum vxore et germanis suis, atque Lupus cum genitore, vxore et filiis suis, et nepotibus, id est, filijs Butte et Calbuli, sed etiam et Gemulus cum vxore et filijs suis, qualiter ad potestatem praedicto iam Mona-

(1) *Edictum gentis nostrae Longobardorum.* Laicale fu la potestà d'Arigiso Duca, il quale sentenziò solo e senza compagnia in questa causa de' Monaci; e Longobarda la Legge Civile, secondo la quale Arigiso giudicò quegli Ecclesiastici Beneventani: molti de' quali erano di *sangue Romano.* Dopo la conversione de' Longobardi, non solamente la *Lex Romana* Ecclesiastica, ossía il Dritto Canonico, penetrava tutto dì fra' Longobardi, ma eziandío la cognizione del Codice di Teodosio e di Giustiniano. Qual maraviglia? Quando si promulgò la Legge Liutprandea degli Scribi nel 727, i Longobardi più arcigni e più teneri della nativa loro barbarie si venivano *Romanizzando* con un moto contrario a quello, mercè il quale i vinti Romani s'erano *Longobardizzati*, per effetto della conquista de' Duchi e poi per la natura *territoriale* dell' Editto di Rotari.

(2) *Liutprandus Rex.* No: Errò Arechi nella sua sensenza *Originale*; o, nel copiar questa, errò il Compilatore della Cronica di S. Sofia, che ci tramandò questo insigne Documento. Rotari nella sua Legge 174 (*testo del Muratori*), non Liutprando, fu quegli che scrisse: » *Nulli donatori liceat ipsum* thinx, *quod* » *antea fecerit, iterum in alium hominem transmittere* ».

sterio sunt concessi, obediant et deseruiant perpetuis temporibus in ipso sancto loco, et ipsius Custodibus, cum omnibus rebus suis, et cum filijs et filiabus; quos et in praesentia saepius dicto Abbati MAURITIO in manum tradere iussimus, et praecepta ipsorum ante nostrum conspectum cassari fecimus; tantum de filijs COELESTINI, *pro causa pietatis et animae nostrae salute*, quos asserebat *de Atrimanatos* esse (1), decreuimus, vt libera et absolnta permaneret persona eorum; vnde et eis praeceptum fieri iussimus: ipse vero CAELESTINUS cum coniuge sua et omnibus rebus suis, seu fratre eius, et cuncti omnes superius nominati cum rebus et filijs et filiabus suis, atque coniugibus, omni in tempore essent serui iam nominati monasterij sancti BENEDICTI; sicut et alij qui ibidem deseruiunt.

VNDE pro firmitate venerabilis loci, hoc nostrum praeceptum iudicatum fieri iussimus; vt nullo tempore praed. COELESTINUS, LUPUS, et VRSUS, vel eorum haeredes de sua libertate agere praesumant, sed ab hodierno die et perpetuis temporibus, tam tibi, qui supra, MAURITIO, quam et successoribus tuis obediant et deseruiant cum omnibus rebus suis, omni repetitione cessante, et in vestra sint potestate, faciendi ex eis *Canonice* quidqnid vobis placuerit.

QUOD vero iudicatum definitionis, ex iussione nominatae potestatis, dictaui ego GAYDEMARIUS *referendarius* tibi BEATO Notario scribendum.

ACTUM in nominata Curte nostra MONTELLARI, mense Augusti per Indictionem decimam quintam feliciter.

(1) *De Atrimanatos esse.* Che voglion significare queste parole? Certamente Arechi non disse, che i figliuoli del servo Celestino fossero *Arimanni* nè *Arimanizzati*, o fatti liberi. Credo, che Arechi avrà voluto dire *jam clericatos esse;* laonde gli assolve, per causa di pietà, e *per rimedio dell'anima.*

NUMERO DCCLXXX.

Arechi od Arigiso, Duca di Benevento, dona due servi a Municulano, suo Gastaldo.

Anno 762. Agosto.

(Dalla Cronica di S. Sofia presso l'Ughelli (1)).

In nomine Domini Dei Saluatoris nostri Iesu Christi.

Concessimus nos Dominus *vir gloriosissimus* Atrichis (*Arechis*) summus Dux gentis Longobardorum, *per rogum* Griserisci *Stolesari* nostri tibi Municulano *Gastaldo nostro*, pueros duos, hoc est AEgyptum (2) et Mauretanum *solas eorum personas*, quae fuerunt de *actu* Casianense (3), quem modo Cunasius *Gastaldus noster* tenere videtur; quatenus amodo et deinceps habeas, et in tuo detineas seruitio ipsos nominatos pueros tam tu qui super Municulanus, quam etiam et filij filiorum tuorum, et nullus ex *nostris gastaldis*, aut actionarijs, vel quisquam homo contra ea quae nostra concessit potestas, quandoque ire quoquo modo aut ratione praesumat, sed nostra *concessio* omni in tempore roborata, atque inuiolata perennis temporibus permaneat.

Quod vero praeceptum *concessionis* ex iussione nominatae potestatis per Guidemarium *referendarium* scripsi ego Eudoald Notarius.

---

(1) Ughelli *loc. cit.* VIII. 639. Ex Parte II.ª Num. 30. Cod. Vaticano 4939.

(2) *Actu Casianense.* Casiniano era situato verso Nocera e Cava, come ben dice l'Annotatore del Di Meo nell'*Indice Topografico.*

(3) *AEgyptum.* A' servi solea darsi non di rado il nome della patria, donde venivano. Costui sarà nato in Egitto, e l'altro nella Mauritania.

Actum Beneventi in Palatio, mense Aug. per Indict. 15. (XV) (1) feliciter.

(1) *Per Indict. XV.* V'ha chi attribnisce il presente Atto alla *quindicesima* Indizione, che ricorse nell'anno 777. Ma il *Referendario* Guidemario qui nominato s'ascolta esser già morto prima del 774 in un Diploma dato dallo stesso Arechi a S. Sofia di Benevento. E però qui si parla del 762.

NUMERO DCCLXXXI.

Cenno ad un Diploma, con cui si confermano dal Re Desiderio i privilegj di Teodolfo, Vescovo di Como.

Anno 762.

(Dal Tatti (1)).

Desiderius Longobardorum ultimus Rex Theodulpho Cumano Episcopo Comitatum Berinzonae (2) confirmat, nec non praedecessorum Regum Privilegia Cumanae Ecclesiae concessa An. 762.

(1) Tatti, Annali Sacri di Como, I. 945. (A. 1663), dove si legge la seguente Nota marginale:

» Extat post Dypticam Epistolam Comensem in V. Synodo » Comenst ».

Premette il Tatti [1], che gli antichi Privilegj della Chiesa Comasca si perdettero dopo essersi tenuta da Monsignor Lazaro Carafini verso in mezzo del secolo decimosettimo la Quinta Sinodo Comense, nella quale s'era descritto il Sommario delle materie contennte in ciascun Privilegio. E però il Marchese Rovelli [2] non è ben sicuro della sincerità di questo Diploma Desideriano.

(2) *Berinzonae.* D'un altro Diploma, con cui si dice, che Liutprando Re avesse donato alla Chiesa di Como nel 721 Berinzona o Belinzona, *Vedi* prec. Num. 435.

1 Tatti, *loc. cit.* I. 943.
2 Rovelli, Storia di Como, I. 367. (A. 1789).

NUMERO DCCLXXXII.

Permuta di Terre fra Peredeo, Vescovo di Lucca, ed il Clerico Peredeo.

Anno 762. Settembre 28.

(Dal Bertini (1)).

† Exemplar. In Dei nomine regnante Domnus nostro Desiderio et Adelchis Regibus. Anno regni eorum *sexto*, et *quarto*, quarto Calendas Octubris per inditionem prima.

Manifestum est mihi Gauspert Clericus Rector Ecclesie S. Fridiani, quia stetet inter me, et venerabili Peredeo in Dei nomine Episcopo ut *cambium* de terra inter nos facere debuerimus, et nunc presenti tradere videor tibi ad parte Ecclesie S. Michaheli Monasterio vestro qui est de jura parentorum vestrorum *in viganio* (2) terra Ecclesie S. Fridiani, qui est prope casa Gulripald Clerico, modiorum sex, et *scafilo* uno, ipsa clausura qui fuit Wilitrude in integrum.

Simul et duas *petias* de terra eidem Ecclesie ad Valle quas Aspert ad manu sua habuet in integrum in adpretiato.

Et suscepi *da* te pro suprascripta terra ad parte Ecclesie S. Fridiani *in cambio* terram suprascripte Ecclesie S. Michaheli, qui est in Vecliano modiorum trigenta quinque, ipsa clausura in integrum per adpretiato pro suprascripta terra *in viganio* da te recepi in prefinito.

Unde repromitto me ego qui supra Gauspert Rector.

---

(1) Il Bertini [1] trasse questa *Copia* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († Q. 8); senza Correzioni e Giunte del Barsocchini.

(2) *Viganio*. Già si sa, che questa parola significa *permuta* o *cambio*.

1 Bertini, *loc. cit.* pag. 28. Appendice.

Ecclesie S. Fridiani cum successoribus meis, si aliquando tibi qui supra Venerabilis Peredeo Episcopo, vel ad Successoribus tuis, aut qui in ipso monasterio vestro ordinatus fuerit, suprascripta terra quam tibi dedi subtraxerimus aut intentionaverimus per quolibet ingenio, spondeo me cum successoribus meis vobis componere suprascripta terra *in duplo* meliorata in ipsa loca qualis tunc fuerit.

Similiter repromitto ego qui supra Peredeus in Dei nomine Episcopus cum successoribus meis, et qui in ipso Monasterio Rector ordinatus fuerit ut si aliquando tibi qui supra Gauspert vel ad successoribus tuis suprascripta terra Ecclesie S. Michaheli Monasterii nostri nostri *(sic)* quam tibi *in viganio* dedi subtraxerimus aut intentionaverimus per quolibet ingenio, spondimus vobis componere suprascripta terra *in duplo* meliorata in ipso loco qualis tunc fuerit.

Et pro confirmatione duas paginas prope uno tenore conscriptas Osprandum Diaconum scrivere precepimus, et rogavimus.

Actum Luca.

† Ego Gauspertus Rector Ecclesie S. Fridiani in an *cambiationis* a me facta manus mea subscripsi.

Signum † manus Dulcissime monache qui in suprascripto *cambio* consentiens fuit in omnibus et ei acti manus fecit.

† Ego Teuselmi Diaconus rogatus a Gausperte Rector Ecclesie S. Fridiani in hanc pagina me testes subscripsi.

† Ego Ospert Diaconus rogatus a Gausperte Rector Ecclesie S. Fridiani in hanc pagina me teste subscripsi.

† Ego Fratellus Presbiter rogatus a Gausperte (*ut supra*).

Signum † manus Teudipert filio q.d Wilipert testis.

Signum ✝ manus Fratelli filio q.d Wilerad testis.
Ego Osprandus Diaconus post tradita complevi et dedi.
✝ Ego Austripertus Clericus *ex auctentico* fideliter *exemplavi.*

NUMERO DCCLXXXIII.

Teodori, esercitale *di Rieti*, *dona le sue sostanze a Farfa.*

Anno 762. Ottobre.

(Dal Num. 54. del Registro Farfense: Carta, che mi sembra inedita).

Regnantibus dominis nostris Desiderio et Adelchis viris excellentissimis regibus, anno regni eorum in dei nomine VI (1), mense Octobris, indit. I, et *viro magnifico* Alefrido *gastaldio.*

In dei nomine ego Theodoris filius cujusdam Theodichis, *exercitalis* Reatini, dono trado a presenti die *pro mercede animae meae* in Monasterio Sanctae Mariae posito in Acutiano, et tibi, Domine Halane Abbas, vel cunctae congregationi ibidem constitenti omnem substantiam meam mobilem et immobilem, omnia et in omnibus, casas, vineas, terras, prata, campos, silvas, salecta, quanta habere visus sum.

In primis casam meam in Reate ad *aream marmoream,* quantum ibi habere visus sum. In valle Tybae. In Sepiano. In Sabinis, loco qui dicitur Pretorio. In Ciculis, loco qui dicitur Cesinanus. Seu et pratum prope civitatem.

Omnia et in omnibus sicut supra scriptum est trado et confero in Monasterii Sanctae Mariae vel tibi, Domine Halane abbas, ut quidquid exinde facere aut judicare volueris liberam habeas potestatem.

---

(1) *Anno...... VI.* Qui caddero gli anni d'Adelchi dalla penna di chi scrisse o di chi copiò la presente donazione.

Actum in suprascripto loco Vallis
dictione suprascripta.

Signum † manus Theodoris qui l
gavit.

Signum † manus Alfredi filii cuj
citalis ; testis.

Signum † manus Barosi filii cuj
testis.

† Ego Corumus, *Medicus*, rogatus
pria manu mea subscripsi, et testis
Signum † manus Sisonis, *exercital*
Signum † manus Luponis, *exercit*
Signum † manus Usualdi, *exerci*
Signum † manus † Guinonis, *ex*
Ego Raganfredus indignus monach
doris, han cartam *donationis* scripsi

(1) V' ha egli forse di questa donazion
che dovea farsi nelle *Geste Municipali*,
San Gregorio il Grande a' Monasteri ed

NUMERO DCCLXXX

Isemundo e Crisanto vendono alla
una terra in Grottole *sul f*

Anno 762. (dopo Ago

(Dal Num. 89. del Registro di

In nomine Domini Dei nostri Ihes
Regnantibus dominis nostris Desid
simis regibus, anno regni eorum in d

(1) Il Muratori [1] solo ne dà le Note C
teschi [2], accennando a queste, soggiunge

1 Muratori, A. M. Ævi, V. 690. (A. 1741).
2 Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 4

Et viri gloriosi **Theodicii** Ducis Ducatus **Spoletani**, per indictionem I.

Constat nos **Hisemundum** filium cujusdam **Barbulani**, *habitatoris* loci qui dicitur **Criptula**; nec non et **Xrisantum** filium cujusdam **Candulfi** de **Vinbria** vendidisse et vendidimus tibi, venerabilis **Halane** abbas, terram nostram in loco qui dicitur **Criptula** prope fluvium **Pharpham**, modiorum duodecim juste mensurata. Et ipsam suprascriptam terram dedit genitor meus **Barbulanus** filiae suae in dotem, idest **Godaniae** et **Flaviae** (1).

Et suscepimus nos jam nominati **Hisemundus** et **Xrisantus** nepos meus a te, **Halane** abbas, vel a cuncta congregatione Monasterii pretium placitum et diffinitum et in presenti acceptum, bovem I, vaccas II, jumentam I, et auri solidos VI.

Ita sane ut ab hac die nostro **Hisemundi** et **Xrisanti** exeat dominio; et in tua, Domine **Halane**, vel successorum tuorum tradita sit potestate: et quidquid indi facere aut judicare volueritis libere faciatis.

Et quod non credimus, nec fieri potest, si ipsam suprascriptam terram subtrahere voluerimus nos **Hisemundus** et **Xrisantus** per quodlibet ingenium, aut ipsam terram ab unoquoque homine defensare minime potuerimus, permittimus nos jam dicti **Hisemundus** et **Xrisantus** una cum nostris heredibus tibi, **Halane**, vel successoribus tuis componere *in duplum in ferquidi* loco et in ipso praedicto *casale*: et haec cartula *venditionis* in sua maneat firmitate.

✝ In Dei nomine Noditia qualiter **Aricihis** tradidit nepta sua **Magnerata** : **Anscausi** *in diae votorum* cum omne substantia sua quitquit eis advinit de sorores vel amitane suas, qualiter rex inter eas divisione fecet (2): per misso suo noditia in presentia **Tomati** *scultasii* de uico **Ludolfo Alfret** de **Sicilla** et **Bruningo** de **Maliacis**.

---

(1) Fumagalli, *loc. cit.* pag. 39: dallo stesso Archivio Cisterciense. Brevissimo, e per noi oscurissima Notizia.

(2) *Qualiter rex eas divisione fecet.* Queste donne e Zie del donatore Arechi sembrano essere state sotto il *Mundio* del Re.

NUMERO DCCCXLIII.

Bando, figliuol d'Aricauso, vende a Rachiperta, Vedova del suo nipote Ratfunso, la porzione delle sue terre in Ruchi *presso a* Lunate *nel Lucchese.*

ANNO 765. Agosto 24.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN Dei nom.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, anno regni ejus *nono*, et filio ejus idem dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni ejus *septimo*, nono Calendas mensis septembris, per inditione tertia.

CONSTAT me BANDO filio qd. ARICAUSI presenti die *pro anima mea* vindere et tradere videor tibi RACHIPERTA relicta qd. RATFUNS nepoti meo (2), portione mea de res nostra quem habemus ad RUCHI, terris vineis castanetis, portione mea omnia ividem in integrum.

IN tali vero tenore ut ipsa res sic debeat esse in vestro dominio, sicut nunc presenti michi pertinet: et su-

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝ N. 38).

(2) *Relicta quondam Ratfuns nepoti meo.* A questa vedova non sovrastava dunque un *Mundualdo*, che avrebbe dovuto sopravvedere almeno il prezzo della compera? Ma già da questo e da qualche altro esempio si vede, che nel 765 le donne cominciavano ad avere più autorità e minor soggezione a' loro *Mundualdi*, ciò che dovea produrre liti non infrequenti ne' tribunali del Regno Longobardo. Ratruda Pisana del 762 non è ben certo, se avesse o no un *Mundualdo* [2]: ma erane priva senza dubbio l'altra Rattruda Lucchese del 764 nel prec. Num. 809, e Forcolana del prec. Num. 807.

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 51.
2 *Vedi* prec. pag. 190, sotto al Num. 791.

scepi *da te* pretium pro suprascripta res auri solid. numero sex in prefinito; ita ut de meo exiit dominio in tua trado esse potestate.

Unde repromitto me una cum meis heredis tibi et ad tuis heredis, ut si aliquando in aliquo de suprascripta res vobis intentionaverimus, aut retragi quesierimus per quolibet ingenio; et in suprascripto ordine *da* omnes homines ea vobis defendere non potuerimus: spondimus vobis componere ipsa res *in duplo* meliorata cum quid aut qualis tunc fuerit, infer quide (*in ferquidi*) loco.

Et pro confirmatione Osprand diac. *scrivere* rogavi.

Actum Luca

Signum ✝ ms. Bandi *vinditури* et promissori.

Signum ✝ ms. Ermuli *genero* ejus testis

Signum ✝ ms. Asperti cler. filio Radualđ testis

✝ Ego Rignipertu cler. rogatus *ec.*

✝ Ego Osprandus diac. post tradita *ec.*

NUMERO DCCCXLIV.

Bonulo promette la prestazione perpetua di dodici giornate di lavoro in un fondo, vendutogli da Guntifredo nel Casale Ossine *della Maremma Sanese.*

Anno 765. Ottobre.

(Dal Brunetti (1)).

In n̄ dñi regnantibus dñ n̄ desiderio et adelchis fil, ejus prexcell, regibus

(1) Carta *Originale* Num. 15. dell'Archivio Amiatino, stampata dal Brunetti [1], senza dirne l'origine.

1 Brunetti, *loc. cit.* pag. 589. (A. 1806).

2. anno regni eor, deo ausiliante *nono* et *septimo* mense octubrio Ind,

3. quarta. manifesta causa abeo ego BONULUS eo quod venundavit

4. tibi GUNTEFRID omnis ris mea in *Casale* OSSINE et ego GUNTIFRID te supradicto

5. BONULUS in ipsis ribus quas mihi venundasti reconfirmavi ad duodecim

6. operas quod sunt dies duodecim manualis et nihil tibi vel ad hhd tuis sup–

7. ponere promitto In ea viro ratione ut si ego GUNTEFRID vel hhd meis

8. te supradicto BONULUS vel hhd tuis foris *ipsis rebus* expellere quesierimus

9. aut amplius superinponere festinaverimus nisi ipsi duodecim dies

10. tunc exeas tu BONULE vel hhd tui cum omnis ris muvilem de ipsa Casa

11. et insuper conponere promittimus nus GUNTEFRID vel hhdibus nostris tibi BONU–

12. LO vel ad hhd tuis solid, decem simil, repromitto adque spondeo me

13. ego BONULUS aut si ego vel hhd meis foris ipsis ribus exire quesierimus

14. vel ipsis duodecim dies tibi GUNTEFRID vel ad hhd tuis persolvere nolueri–

15. mus aud omnia quod tibi utilitas fuerint tunc exeas ipsis filiis meis

16. c, (*cum*) omnis ris movilem de ipsa Casa et conponere promitto ego BONULUS vel

17. hhd meis tibi GUNTEFRID vel ad hhd tuis solid, decem quem enim promiss,

18. nostra cartul FIRMO not ex ambabus partibus *scrivere* rogavimus ACT CLUS
19. Sign † manus GUNTEFRID *firmaturis* et *promissuris*
20. Sign † manus BONULO *promissuri*
21. † Ego DOMNULINUS testis
22. † Ego LANIFRID testis
23. Sign † manus LANDARINI fil qd GROSSO testis
24. † Ego qs FIRMUS postraditione conplevi et emisi
25. dedit *wadia* GUNTERID BONULO de solid quat-
26. tuor et fidiussore posuet FIRMUS in presen-
27. tia LANDARINI ANDREAS et BUBBOLO IOHANNIS Cl

NUMERO DCCCXLV.

Il Prete Risolfo, col consenso del suo padre Regnolfo Abate lascia tutte le sue sostanze alle Chiese di Santa Maria e di S. Donato nel Lucchese.

ANNO 765. Decembre.

(Dal Barsocchini (1)).

.·. . JESU XTI.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO et ADELCHIS regibus, anni regni eorum *nono* et *septimo*, mense decembrio. . . us indignus presb. previdi Dei timore et *remedium anime mee*, et evangelica precepta ser . . . . volumptate patri et

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († M. 52): stampata dianzi dal Muratori [2] e dal Brunetti [3].

Il Bertini, che illustrò questa Carta [4], dice di non sapere in qual parte del territorio Lucchese fossero situate le due Chiese di Santa Maria e di San Donato.

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 55. (A. 1837).
2 Muratori, A. M. Ævi, II. 1025. (A. 1739).
3 Brunetti, *loc. cit.* pag. 591.
4 Bertini, *loc. cit.* pag. 377, 378. *Vedi* quivi la sua Nota (285).

matri adimplere, quod salubriter secundum Dominum filio suo imperavit ad hortantem. . . pater meus, ut omnia substantia nostra offeramus Domino et Eccl. beate S. Marie semper que virginis, et beati S. Donati Epis. Confessoris, quem nos in proprio territurio nostro a fundamenta fabricis construximus, ego suprascriptus Rixsolfus unus de minoribus presbiteris consentientem mihi dn. pater meus Regnolfus abbas, offero tibi Domino et suprascripta Eccl. S. Marie et S. Donati, quem pater meus edificabet, omnem substantia nostra in qualibe loco quecumque abere visuris sumus, casis terris vineis olivetis silvis castagnetis pratis pascuis, culto vel inculto, serbi et ancille, cavallis bovis mobilia vel immobilia seo semoventibus, ut dixi, omnia et in omnibus ad nos pertenentes, in integrum offerre videor.

In tali enim tenore . . . . . pater meo sic consentientem mihi, ut dum ego Rixsolfus presb. in hoc seculo vivere meruero, et dum mater mea Luciperga, et dilectissime tres sororis mee Cristina, Regnipinta, Plaita vivere meruerimus, in nostra serbamus potestatem ipse jam dicte Dei Ecclesie studendum, et res ipsorum ad usufructuandum, et secundum Dominum ad ipse Sancta Loca caste et juste serbiendum, et vivendum; nam non vindendum vel naufragandum, aut alibi trahendum.

Similiter in mea in potestate *serbo* CL. soledis *pro anima patris mei* dando de res nostras; et C. solidis *pro anima matris mee* dando, duodecim hominis *pro anima nostra* ad libertandum (1).

(1) *Ad libertandum*. Si noti questa gradazione: cento cinquanta solidi per l'anima del padre: cento per quella di sua madre: il prezzo di dodici servi da manomettersi per l'anima del donatore, il qual prezzo potea valere più de'cencinquanta soldi. E per l'anima delle tre sorelle germane?

Ego suprascripto Rixsolfus presbitero in mea potestatem *reserbo* in vita mea constituere rectorem et gubernatorem, qui post decesso matris mee et tribus sororis meo ipse Dei Ecclesie meminere dibeas et gubernare.

Oblico me adque manus mea facio matris mee et sororibus....simul cum ipse vivere secundum Dei preceptum, et ipse Ecclesie regere et gubernare in bona caritatem...lectionem.

Et si me Dominus de hoc seculo antea vocare jussere quam ego rectorem et gubernatorem post decesso in ipse sancte loca costituam, consentientem mihi pater meus volo et decerno, ut post mortem matris mee Lucipergе, et sororis mee Cristine Regnipinte Plaite, Episcopus civitatis nostre lucense potestatem habeas in jam dicte Ecclesie S. Marie et S. Donati, quem nos a fundamenta fabricis construximus, in ambas presbitero uno ordinare, qui secundum Dei preceptum vivat, et per omnem *septimanam* tres diebus XXIIII. pauperi prandere dibeas: prandium eorum tali sit per omnem *septimana*: scaphilo *grano* pane cocto, et duo congia vino, et duo congia de pulmentario faba et panico mixto bene spisso, et condito de *uncto* aut oleo: Et nullus de heredis nostris contra hanc *decretionis* mee pagina aliquando aliquid agere presumas, et si presumpserit Dei Omnipotentis anathema sit super illos; et insuper sit componiturus soledis mile Episcopi qui tunc fuerit, et hanc mea *decretionem* inviolavelis maneat firmitatem nunc temporibus et futuris; et nulli liceat nolle quod semel ego voluit per Dominum nostrum J. Xtum filium ejus, qui cum Deo pater vivit et regnat in secula seculorum amen.

Ego Rixsolfus presb. hanc *decretionis* mee paginam *dotalium* consentientem pater meus Regnolfus propria manus mea escripsi.

Actum Lucam, regnum et inditione suprascripta feliciter.

Signum † ms. mea Rixsolfus presb. qui hanc paginam decrebit testem

† Ego Regnolfus abbas *inante* presentiam testium, per quem hanc paginam roborata esse videntur, dedit hanc paginam fili mei me consentientem scribere, quia ego pro egretudine mea non potuit scribere.

Signum † ms. Regnolfi consentienti filiis suis testem †

† Ego Martinus presb. rogatus a Regnolfo abbas et a Rixsolfo presb. in hanc paginam *dotalium* me teste subs.

† Ego Agiprandu presb. rogatus ec.

† Ego Magnipert presb. rogatus

† Ego Rachipertu cler. rogatus ec.

† Ego Auncaldus cler. rogatus

† Ego Rixsolfus presb. hanc paginam *dotalium* post testibus rovorata deplebi et obtulit Altissimo.

NUMERO DCCCXLVI.

Auniperto del Vico Ariana *offerisce se stesso ed i suoi averi alla Chiesa di Sant' Agata in* Tempagnano; *luoghi nella Valle del Serchio.*

Anno 765. Dicembre 25.

(Dal Barsocchini (1)).

† In Dei nom.

Regnante dn. nostro Desiderio et Adelchis regibus, anno regni eorum *nuno*, et *septimo*, octavo calend. januaria, inditioue quarta feliciter.

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († P. 87).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 56.

AUNIPERT v. d. filio MAURI *avitator* in vico ARIANA, consentiente ipso dn. geniture meo MAURO tibi Eccl. beatiss. S. AGATHE, qui est edificata in loco TEMPANIANO perpetuam salutem dico.

QUID magis hominibus oportum est, nisi pro anime sue aumentis de facultatibus suis monus dare, quia melius est tessaurum in celum recondere quam filium natum vel optatus satiare.

OV OC (*ob hoc*) enim ego q. s. AUNIPERT una cum licentiam et consenso ipsius dn. genituri meo offero Deo et tibi suprascripte Eccles. beatiss. S. AGATE, ubi AURIPERT presb. rector esse videtur, primis omnium *me ipsum persona mea*, *una cum portione mea* de casa abitationis mee, ubi avitare visu sum in predicto loco ARIANA, una cum fundamento corte istationem ortalia, una cum terris vineis silvis virgareis cum cultis adque incultis movilia vel inmovilia, seo que semoventibus cum notrimina *magiore* et menuris, cum usivilia, ferramenta, ramenta, cum intrinsecus case, cum omnia et in omnibus res mea mihi pertinente in colivet locum, mea portionem in integra, vel homenis ut supra dixit, omnia res mea portionem in integrum, *una cum me ipsum offero* Deo et tibi suprascripte Eccl. beatiss. S. AGATHE, ut ab udierna die omnia suprascripta res *una cum me ipso in tua S. Dei vertutem* sit potestatem, vel de presbitero illo qui in Eccl. ista rector et gubernator esse videtur, aut adhuc in antea fuere rectore, faciendi de suprascripta res quod voluere, et me ipso imperandi, comodo unus de aliis servis ipsius Eccle. et gubernandi, quia sic complacuet animo meo *pro remedium anime mee*, ut omnia et in omnibus suprascripta res mea, *una cum me ipso in potestatem suprascripte Eccl.* vel de ejus custodibus sit potestatem, sicut supra legitur, ut supra dixit, *pro remedium anime mee*.

Hoc quod a me actum et offertum est in predicta Dei Eccl. omni in tempore istabilem permaneat.

Quam viro do...mee paginam, qualiter a me offertum est Georgius *iscrivere* rogavi.

Actum Luca.

Signum † ms. Aunipert qui in anc sicut supra legitur fieri rogavit

Signum † ms. Mauri genituri ejus consentientis, per cujus autoritatem et permissionem factum est

† Ego Teuspert presb. rogatus *ec.*

† Ego Arnicauso filio qd. Aricausi rogatus

† Ego Prandulo presb. rogatus *ec.*

† Ego Aluarto presb. de Eccl. S. Silvestri de loco Roselle rogatus *ec.*

† Ego Georgius pos traditam *ec.*

NUMERO DCCCXLVII.

Donazione di Sisone da Rieti al Monastero di Farfa, ed offerta da lui fattagli del suo figliuolo Gualdiperto.

Anno 765. Decembre.

(Dal Num. 71. del Registro di Farfa. Carta inedita).

In Dei nomine.

Regnantibus Dominis nostris Desiderio et Adelchi filio ejus piissimis Regibus, anno regni eorum deo propitio VIIII et VII et viri glorioso (*sic*) domini Theodicii *summi* ducis Ducatus Spoletani, mense Decembri Indictione IIII.

Manifestus sum ego Siso (1) homo Reatinus filius cujusdam Rimulfi *habitator* in Sabinis, *casalis* qui nuncu-

(1) *Siso.* Di costui e del suo Casale Antiano *Vedi* preced. Num. 830.

patur Antianus: quia optuli filium meum religiosum nomine Gualdipertum in Monasterio Sanctae dei genitricis Mariae, et V. V. Halano abbati cum omni portiuncula sua in integrum quantum a germanis suis ei in parte *legibus* debet venire: idest octavam partem de ipso suprascripto *casale* Antiano: de casis vineis terris silvis pascuis ecclesiis, et de cultis vel incultis, mobilibus vel immobilibus: omnia in omnibus, sicut diximus, tradidi ego suprascriptus Siso in ipso sancto Monasterio seu et venerabili Halano abbati vel successoribus ejus.

Et quidquid exinde facere vel judicare voluerint in eorum sit potestate, et ipse suprascriptus religiosus filius meus Gualdipertus in ipso sancto Monasterio diebus vitae suae Deo servire debeat et *sanctam regulam custodire*, sicut caeteri monachi ipsius Monasterii faciunt.

Similiter bona voluntate mea et prompto animo *dono* ego Siso in ipso suprascripto Monasterio *pro mercede et remedio animae meae* nonam partem de ipso suprascripto *casale* Antiano in integrum, casas vineas terras ecclesias silvas pascua, cultum vel incultum, mobile et immobile, a presenti die tradidi Domino Halano abbati seu successoribus ejus in tali vero tenore, ut de meo amodo exeat dominio, et in vestra sit potestate.

Similiter trado ego suprascriptus Siso medietatem portiunculae filii mei Guinonis *qui peccatis imminentibus a germano suo* Rimulfo interfectus est, et me genitorem suum rogavit *cum recte loqui potuit*, ut omnem medietatem portiunculae ipsius in Monasterium Sanctae Mariae per cartulam confirmarem, et in presenti die factum est.

Ut neque a me suprascripto Sisone neque ab heredibus posterisque meis neque ab ullo homine aliquam habeatis vexationem; sed omni tempore *donum* nostrum firmum et stabile permaneat, sicut edicti pagina continet.

QUAM vero cartam *donationis* scripsi ego GUIDERADUS rogatus a SISONE.

ACTUM in *casale* qui dicitur MUTELLA ad ecclesiam sanctorum SEPTEM FRATRUM, quae *in ipsa die* dedicata est. Regno et indictione suprascripta feliciter.

Signum ✝ manus SISONIS *donatoris* sui hanc cartam fieri rogavit, et testes rogatos optulit roborandum.

Signum ✝ manus MAURI; testis.

Signum ✝ manus STEPHANI filii CAELERINI *exercitalis*: testis.

Signum ✝ manus BENEDICTI filii LUCIANI: testis.

Signum ✝ manus ADEODATI filii cujusdam TEUDONI *exercitalis*: testis.

Signum ✝ manus GODEPERTI filii cujusdam ADOALDI *exercitalis*: testis.

Signum ✝ manus MARINI filii CAELERINI, *exercitalis*: testis.

Signum ✝ manus ADRIANI filii cujusdam CONSTANTII presbiteri: testis.

Signum ✝ manus LUPONIS filii cujusdam MAURI *exercitalis*: testis.

Signum ✝ manus ALBRADI filii ALONIS, testis.

(*Manca la sottoscrizione del Notajo* GUIDORADO).

NUMERO DCCCXLVIII.

Il Re Adelchi riconferma i privilegj fin qui conceduti al Monastero Bresciano di San Salvatore, detto poi di Santa Giulia.

ANNO 766. Gennaro 20.

(Dall'Odorici (1)).

FLAVIUS ADELCHIS vir excellentissimus rex.

MONASTERIO domini et redemptoris nostri salvatoris sito intra civitatem nostram BRIXIANAM quam domina et genitrix nostra ANSA regina a fundamentis edificavit. et sacrate deo ANSELPERGAE abbatisse dilectae germanae nostrae vel cuncte congregationi monacharum ibidem consistentibus.

QUAMVIS a divinae potestatis auxilio excellentia regum videatur esse sublimata. et corda eorum in omnipotentis sint dextera colligata tamen perspicuum aptumque nobis cognoscitur esse ut quod tantae potestatis gloria regalia feliciter sceptra gubernant ut non solum tantummodo suis tueantur precibus verum etiam ubicumque ecclesiarum dei fuerit unita congregatio vel reliqua templorum omnium dei eorum valeant orationibus sublevari. quantomagis illarum ex orationibus monacharum quod semper ante omnipotentis oculos in singulis pernoctantes cenobiis. et coram conditoris praesentia incessanter vigilant. et puris coscientiae mentibus lacrimas fundunt. earum possumus sublevari juvamine.

---

(1) L'Odorici [1] trovò questo antico *Apografo* in Pergamena nel Num. XI. del Codice Diplomatico Quiriniano: Carta già stampata con poca diligenza dal Margarini [2].

1 Odorici, *loc. cit.* pag. 44.
2 Margarini, *loc. cit.* II. 9.

Quapropter sicut sublimiam nostram postulavit clementiam religio tua per hoc tranquillitatis nostrae pragmaticum firmamus in ipso sancto caenobio vel tuae delictioni omnibus rebus mobilibus et immobilibus, diversisque territoriis universisque edificiis. familiis. avialiis. atque vasa sacra. auro argento. erramenta. ferramenta. vel qualicumque scirfa. omnia et ex omnibus in integrum quibus in ibi ex dono dominorum et genitorum nostrorum regum vel aliorum hominum atque per venditionem commutationem, seu livellario nomine undecumque aut per qualicumque genio vel titulo tam intra ipsam civitatem brixianam. seu foris. aut per reliquas omnes civitates nostras qualescumque res ut diximus mobiles vel immobiles. ad ipso sco monasterio adveneret pro quovis capitulo. et modo presenti die habere. possidere probamini omnia et ex omnibus in integrum. quatenus a modo et deinceps habentes hoc nostrum firmitatis preceptum. securo nomine omnia valeamini possidere.

Dantes etenim in mandatis cuntis ducibus. comitibus. gastaldiis. universisque gentibus vel actoribus nostris. ut nullus ullis unquam temporibus contra ea quae nostra firmavit atque statuit potestas in aliquo audeat molestari. sed nostris felicissimis. et futuris temporibus nostra firmitas in ipso sancto et metuendo loco vel successarum tuarum stabilis maneat et persistat.

Ex dicto domini regis peransemund notarius. et ex ipsius dictato scripsi ego petrus notarius.

Actum ticino. in palatio vigesima die mensis ianuarii. Anno felicissimi regni nostri in dei nomine septimo per indictione quarta feliciter.

NUMERO DCCCXLIX.

Teodosio cede al Monastero di Farfa una casa massaricia *nel luogo detto* Malliano, *e ne riceve in compenso tre case; una in Rieti; l'altra in* Val di Tibę; *una terza all'* Ara Marmorea, *oltre la porzione d'un tal Teuderisino in* Reviano: *luoghi tutti della Sabina.*

Anno 766. Gennaio.

(Dal Galletti (1)).

In nomine domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi.

Regnantibus domnis nostris Desiderio et Adelchisio filio ejus piissimis regibus anno regni eorum Deo propitio VIIII. et VII. sed et temporibus domni Theodicii gloriosi ducis ducatus Spoletani mense Januarii per indictionem IIII.

Ego Theodosius filius cujusdam Teudolfi sana mente et integro consilio *concambiavi* tibi Halane abbas vel cunctę congregationi M. s. Dei genitricis Marie casam *massaricie* unam in loco qui dicitur Malianus ad s. Eugeniam que regitur per Floreulum seu vineas et terras et cultum vel incultum mobile vel immobile quantum ipse jamdictus Floreulus tunc temporis ad suam tenet manum vobis in integrum concambiavimus unde in nostra potestate nihil reservavimus colonos pro colonis liberos pro liberis.

Unde pro ipsa casa et vinea seu terris et mobilibus portiuncule jam dicti Floruli recepi a vobis Halane abbas vel a cuncta congregatione M. *in cambio* medietatem portionis cujusdam Teuderisini avi tui quam *pro anima sua* in suprascripto monasterio per cartam confirmavit, idest

(1) Galletti, Vestarario, pag. 87: dal Num. 72. del Registro di Farfa.

in primis medietatem de *casella* infra civitatem vel medietatem de casa ad ARAM MARMOREAM cum ipsa vinea et medietatem de casa in VALLE TYBE cum portione sua de ipsa vinea et terra medietatem portionis ipsius TEUDERISINI et portionem ejus in REVIANO in integrum quantum superius scriptum est de suprascriptis locis michi in integrum *cambiastis* et que in aliis locis reservata sunt in vestram retinuistis potestatem.

QUATINUS ab hac die firmum et stabile sit inter nos *cambium* nostrum ut neque a nobis neque ab ullo herede posteroque nostro aliquando contradicatur et quicquid de ipsa casa vinea et terra seu mobilibus facere volueritis in omnibus firmissimam habeatis potestatem.

ET si aliquis homo contra te jam dictum HALANUM abbatem vel contra successores tuos de ipsa casa et vinea et terra culta vel inculta et mobilibus vel immobilibus que ipse FLORULUS ad suam tenuit manum causare voluerit promittimus nos et heredes nostros vobis antestare et defendere et si non potuerimus *dupla condicione* vobis subjaceamus de ipsa casa et vinea et terra de portione FLORULI meliorata de qua agitur unde pro stabilitate ambarum partium duas cartas uno tenore STEPHANUM notarium scribendas postulavimus.

ACTUM in REATE mense et indictione suprascripta. Feliciter.

Signum † manu TEUDOSII *concambiatoris* qui hanc cartam fieri rogavit.

† Ego CAUSUALDUS rogatus a TEODOSIO manu mea subscripsi.

† Ego PERTARIUS rogatus a TEUDOSIO manu mea subscripsi.

† Ego DEODATUS *Vestararius* rogatus propria manu mea subscripsi.

✝ Ego AUDUALDUS *decanus* rogatus a TEUDOSIO signum sancte ✝ feci et testis sum.

✝ Ego PALUMBUS rogatus a TEUDOSIO signum sancte ✝ feci et testis sum.

NUMERO DCCCL.

Donazione del Clerico Deusdona in favor della Chiesa di San Colombano presso alle mura di Lucca.

ANNO 766. Marzo o Febbraio?
(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, anno regni ejus *nono*; et filio ejus idem dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni ejus *septimo*........ martias, per inditione quarta feliciter.

MANIFESTUM est mihi DEUSDONA clerico, qui LELLIO vocatur filio qd. BARBATIANI.......MONTENONNI (2), *pro remedio anime mee* do dono et offero Deo et tibi Eccl. Beati S. COLUMBANI, sita *prope muro civitatis nostre* LUCENSE, que dn. PEREDEUS Epis. consagravit, do tibi terrula mea,

---

(1) Il Barsocchini [1] cavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝✝ H. 53). Il mese di questa Carta è incerto, perchè più non vi si legge, se ivi parlavasi delle Calende o delle None di Marzo.

(2) *Montenanni.* È luogo presso Cornino, nella Valle della Cornia: luoghi soggetti nell'ottavo secolo alla *judiciaria*, ossia giurisdizione di Lucca. Ben presto, nel 5. Febbraio 767 s'ascolterà parlar di Cornino da Gaidoaldo, Medico del Re Desiderio. Già la Valle della Cornia si ricordava nel 754 da San Walfredo, fondatore del famoso Monastero di Monteverdi, ossia di Palazzolo. *Vedi* prec. Num. 687.

1 Barsocchini, *loc. cit.* p. 51.

quem abere visus sum in loco qui vocitatur Aspa, uno capite tenente *in via publica*, alio capite tenente in vinea de filiis Alatei, una latere tenente in vinea Rapperti et Alperti presb. et alio latere tenente in terra Rachiprandi et Teutprandi gg in integrum.

Similiter et una *petiola* de vinea mea in ipso loco quem abere visus sum cum arboribus, uno capite tenente in *rio*, et alio capite tenente *in via publica*, uno latere tenente in vinea S. Joannis, et alio latere tenente in vinea Rachiprandi et Teutprandi gg. in integrum, offero tibi Ecclesiae S. Columbani in praefinito.

Et neque a me, neque ab heredibus meis aliquando posse disrumpi, sed omni tempore stabile praesens *dono meo* permaneat.

Et Ostripertus clericos *scrivere* rogavi.

Actum Montenonni, die regnum et inditione suprascripta feliciter

Signum † ms. Deusdone cler. qui hanc cartulam *dotalium* fieri rogavit.

† Ego Gondualdus presb. rogatus *ec.*

† Ego Martinus presb. rogatus *ec.*

† Ego Rignipertus cler. rogatus *ec.*

Signum † ms. Ropprandi cler. filio Ropperti de Sundrilascio (1) testis

(1) *Sundrilascio*. Qui sembra che si parli di Santarlascio in Moriano, luogo nella Valle del Serchio. Un altro Sandarlascio è nella Garfagnana.

NUMERO DCCCLI.

Il Re Adelchi conferma le donazioni fatte al Monastero Bresciano di San Salvatore, poi di Santa Giulia, ed altre n' aggiunge del suo.

Cenni alla famiglia di sua madre, la Regina Ansa.

ANNO 766. Marzo 3.

(Dall'Odorici (1)).

. . . . ADELCHIS vir excellentissimus rex » monasterio dni » et redemptoris ac salvatoris quam . . . dm et genit . . . » DESIDERIUS piissimus rex et ANSA gloriosa regina vel nos » intra civitatem BRIXIANAM a fundamentis. . . i sacrate deo » ANS. . . . . abbatisse germane nostre vel cuncte congre- » gationi monacharum . . . . presentie nostre . . . preceptum » suprascriptorum genitorum nostrorum ubi legebatur qua- » tenus . . . . esserant in predicto sancto cenobio. vel tue » religioni primum omnium claustra ipsius monasterii cum » . . . . . singulis edificiis atque area vel omnia coherentia » ibidem pertinente qualiter eidem domino et genitori no- » stro. . . venerande memorie ASTULFO concessum fuerant. » aut quod ibidem postea per comparationem donationem » commutationem aut pro quodlibet ingenio. . . aquisiverat. » cum omnia et in omnibus sicut posita et clausa atque » constructa esse comprobatur cum omnibus fa. . . intrin- » seco ibidem ipsis genitoribus largitis. et concesserant in » ibi per ipsum suum preceptum curtem unam in loco cui

(1) L'Odorici [1] si dee tenere pel vero pubblicatore della Carta presente, stampata con molte imperfezioni e lacune dal Margarini [2]. *Apografo* d'antica Pergamena, Num XII del Codice Diplomatico Quiriniano. La parte inedita sarà virgolata.

1 Odorici, Cod. Dipl. Bresciano, pag. 45. (A. 1854).
2 Margarini, Bullar. Casin. II. (A. 1670).

» vocabulum est CERROPICTO...mobilibus et immobilibus
» rebus in integrum sicut ad ipsam curtem pertinebat
» qualiter prefato domno et genitore...suprascripto domno
» ASTULFO rege illi fuerat concessa vel quod postea per
» comparationem. donationem. aut quocumque genio con-
» quisierat », simulque etiam et concesserant in ipso verendo loco curtem unam positam in loco qui RIPA ALTA vocatur cum omnibus edificiis diversisque territoriis. mobilibus et immobilibus rebus in integrum ad ipsam pertinentem curtem. quidem et donaverat in iam nominato almo loco. omnem illam substantiam quam eorum advenerat de VERISSIMO socero et genitore ipsorum AVIONI NOSTRO vel de FILIIS EIUS idest ARICHIS clericus et DOMNOLO quam etiam et concesserant in ipso sancto monasterio omnes res illa quibus in nostra persona tempore ducati nostri predictus ARICHIS clericus per cartulam *donationis* contulerat.

HEC autem omnia superius scripta cum omnibus edificiis universisque territoriis cum bovibus et bubulcis, *cum diversis avialibus utriusque sexus etatis* (1), simul cum famulis servos pro servis liberos pro liberis cum omnia et in omnibus mobilibus et immobilibus rebus in integrum sicut potestati eorum pertinuere in ipso verendo loco per iam dictum suum praeceptum contulerant possidendum.

QUA de re postulavit religio tua excellentiam nostram ut in ipso metuendo loco jam dictum preceptum de suprascriptas curtes cum omnia ibidem pertinentes per nostrum roboratissimus renovationis deberemus confirmare preceptum.

NOSTRA quidem sublima atque preclara potestas considerans ipsius Redemptoris nostri retributionem utque inter-

(1) *Cum diversis avialibus utriusque sexus aetatis.* Di costoro si vegga la seguente *Osservazione* sugli *Aviali*.

cessiones DE SUPRASCRIPTORUM CORPORA QUA IN IPSO SANCTO CENOBIO HUMATA QUIESCUNT (1) vel vestris sacris orationibus per hoc nostrum preclarum preceptum donamus et confirmamus in ibi claustra ipsius monasterii cum omnibus edificiis ibidem constructis simul cum area ubi superstant. sicut positum vel clausum atque constructum esse comperit. de quantu inibi intra suprascriptam BRIXIANAM civitatem habere vel possidere undecumque aut per qualicumque titulo presenti tempore simulque etiam et *donamus* in ibi predictas curtes idest in CERREPINCTO vel RIPA ALTA cum omnia et in omnibus ne (*sic*) presenti die ad ipsas curtes pertinentes vel quod inibi usquemodo conquisites aut in antea conquerere potueritis per quodlibet ingenium.

VERUNTAMEN et donamus in sepe dicto sancto monasterio omnes res illas quas domino genitori vel genitrici *nostrae* advenere de VERISSIMO AVIONE NOSTRO atque de ARICHIS clericus et DOMNOLO FILIIS EJUS tam curte illa in TEMONINAS cum massariis vel omnia quicquid inibi usquemodo conquistates undecumque et ad ipsam curtem modo pertinere videtur. quam etiam et *donamus* in suprascripto monasterio per hoc nostrum regale preceptum omnibus rebus illis quibus in nos ARICHIS clericus per cartulam *donationis* contulit tam in ipso loco TEMONINAS quamque et FISTOLINAS vel ubicumque ipse ARICHIS ad suas habuit manus. sicut cartula ipsa legitur.

HEC omnia superius scripta cum diversis territoriis universisque edificiis. cum familiis. *avialiis.* cum omnibus mobilibus et immobilibus rebus. in integrum servos pro servis liberos proliberis in sepe dicto sancto cenobio cedimus. conferimus et possidendum firmamus. atque etiam

---


(1) *Humata quiescunt.* Di questi Corpi *Vedi* la seguente *Osservazione* sulla *famiglia della Regina Ansa.*

pro mercede animae dominor*um* et genitor*um* nostror*um* vel nostra, firmam*us* atq*ue* donam*us* in suprascripto sancto monasteri*o* omnibus reb*us* pro qualicumque locis constitutis in finib*us* Austriae, Neustriae et Tussie quib*us* in ibi p*er* precepta suprascriptor*um* genitor*um* nostror*um* atq*ue* per nostra precepta largite vel conlate atq*ue* firmate *sint* Insuper etiam et firmamus in ibi omnes cartulas de singulis reb*us* mobilib*us* et immobilib*us*. atq*ue* de familiis. ides*t* donationes. venditiones. commutationes. obbligationes atq*ue* libellos. vel omnes monument*um* quod ad ipsum monasteri*um* pertinet. simul et omnib*us* reb*us* illis quib*us* usq*ue* nunc presenti die haber*e* et possider*e* pro universis locis probamini pro quocumq*ue* genio. omnia in ibi cedim*us*. et possidendu*m* firmamus quatenus ab hac die habeas ipse *sanctus* et metuendus locus hoc nestrum *donationis*. firmitatis. et securitatis preceptum. securo nomine valeat possidere. et nullus dux. comes. gastaldius. vel actionarius. noster contra hoc nostram *donationis*. renovationis. firmitatis et securitatis p*re*ceptum audeat ire quandoq*ue*. sed omni in tempore nostra *donatio* atq*ue* firmitas in ipso sancto monasterio tibi vel *successarum tuarum* stabilis debeat p*er*manere et p*er*sistere sempe*r*.

Ex dicto domini regis peransemund notarius. et ex ipsius dictato scripsi ego petrus notarius.

Actum ticino in palatio. tercia die mensis marcii. anno felicissimi regni nostri in dei nomine *semptimo*. per indictionem quarta*m* feliciter.

LICATO DALL'ODORICI (1).



N Z E.

945, pubblicato dal Biffi, dall'Aresi,
torno ad Everardo figlio di Desiderio*.
parte dal Margarino, e da noi comple-
presente Volume.

ATTO
vesc. di

DREAE PRESB. *Chron.*

fine del presente Codice Diplomatico



Osservazione sulla famiglia della Regina Ansa.

Insigne benefieio dell'Odorici fu l'aver pubblicato intero un Documento sì prezioso come questo. Mancandone il principio nel Margarini, una gran nebbia oscurava le parole d'Adelchi, nè si comprendeva chi fosse quel Verissimo, chiamato *avo suo* dal giovine Re de' Longobardi. Molto meno discerneansi coloro, de' quali si dicono i Corpi seppelliti nella Chiesa di S. Salvatore, fatta costruire *da' fondamenti* per la pietosa volontà del Re Desiderio e di sua moglie Ansa. Or tutto si fa chiaro ed aperto: i sepolti sono Verissimo, Arechi e Domnolo *sopraddetti*. Erano i soli, onde avea fin qui favellato Adelchi. Ed io credeva prima dell'Odorici, che fossero le reliquie d'alcuni Santi, nominati per avventura ne' primi versi dell' Adelchiano Diploma, i quali desideravansi nel Margarini.

Verissimo non era padre, ma suocero del Re: *Socer et genitor ipsorum*; cioè di Desiderio e d'Ansa. Non andava fregiato d'alcun titolo nè di Duca, nè di Conte, nè di Gastaldo: dei suoi figliuoli, un semplice Clerico fu Arechi; e l'altro, chiamato Domnolo non s' ode insignito d'alcuna Carica o Dignità. Che che fosse stato de' pubblici onori, goduti o no da Verissimo, egli era certamente un ricco uomo, ed il suo Arechi potè donare da sè alcune terre ne' luoghi di *Temonino* e di *Fistolino* ad Adelchi, quando questi era Duca (*in nostra persona tempore Ducatus nostri*): ovvero dal Marzo dell'anno 757 fino al Marzo 759, allorchè ottenne di sedersi col padre sul trono. Il Clerico Arechi vide adunque la sorella Ansa ed il cognato Desiderio sollevati al Regale fastigio. Non so se avvenne lo stesso a Verissimo ed a Domnolo; i corpi de' quali poterono riposare in qualche altro luogo, ed essere trasportati poscia in S. Salvatore, ossia in Santa Giulia, quando ne fu compiuta la fabbrica.

Osservazione sugli *Aviali*.

Il primo pensiero nel legger due volte la parola d'*Aviali* nel Diploma d'Adelchi ricorre agli *Aviarj* di Varrone, dei quali si possono vedere il Ducange ed il Forcellini; a' luoghi, cioè, dove si nudrivano in villa gli uccelli. Ed il secondo pen-

siero è, che il Re Adelchi toccato avesse de'*beni aviali*, ossía donati a' suoi genitori dal suo *Avione* Verissimo. Ma nè l' uno nè l' altro concetto resiste alla pruova, perchè qui si parla d' uomini e non di cose. Dopo i bifolchi, Adelchi Re parla immediatamente *de'diversi* AVIALI DELL'UNO E DELL'ALTRO SESSO (*cum bovibus et* BOBULCIS, *cum diversis* AVIALIBUS, UTRIUSQUE SEXUS ETATIS). Chiarisce indi più apertamente la sua intenzione, dicendo, ch'egli dona i fondi a Santa Giulia con gli edificj e con le famiglie, ossía con quelle abitanti negli edificj, alle quali egli dà il nome di FAMIGLIE AVIALIE. Un punto fermo, è vero, separa queste due parole; ma il punto fermo divide quasi tutte l' altre di quella Carta: e se gli *Avialj* fossero state cose materiali, già queste sarebbero state comprese negli edificj donati, e congiunte con essi, non già con le *famiglie*, nella Carta d' Adelchi.

Gli *Aviali* dunque in bocca del Re sono uomini e non cose, nè *animali*, sì come per errore leggeva il Margarini; e però sono i servi addetti alla custodia degli uccelli: e così de' falconi, come de' polli e d' ogni specie di volatili, che i Longobardi più ricchi o più grandi si piacevano di nudrire. Fra tali uccelli s' annoveravano i cigni, de' quali parlerò nell' *Osservazioni* ad un Documento del 25. Settembre 771, stampato per la prima volta dall' Odorici.

NUMERO DCCCLII.

Brani d'una Carta, con la quale Scamberto del fu Scatolfo dona ad Alano, Abate di Farfa, la Corte di Cesone *con altre Corti e con la famiglia d' un pescatore, nel territorio di Rieti.*

ANNO 766. Aprile.

(Dal Galletti (1) e dal Fatteschi (2)).

REGNANTIBUS domnis nostris DESIDERIO et ADELCHISIO fi-

(1) Galletti, Tre Chiese, pag. 29, Nota (1): dal Num. 73. del Gran Registro di Farfa (A.1765).

(2) Fatteschi, Mem. de'Duchi di Spoleto, pag. 223. (A.1801).

lio ejus piissimis Regibus anno regni eor. Deo propitio VIIII (il Fatteschi corregge X) et VII. sed et temporibus domni Adriani Sanctissimi Papae (1) et Theodicii gloriosissimi Ducis Ducatus Spoletani, et viri magnifici Hilderici *Gastaldii Civitatis* Reatinae Mense Aprilis per Indiction. IIII.

...........(*Scamberto dona*).....

Curtem meam, quae vocatur Cesonis totam in integ. pro designata vocabula.

A *primo latere* forma ad decursionem aquarum, quae

Il foglio, nel quale io presi la Copia del presente Numero Farfense 73, andò smarrito; nè mi rimasero in un altro foglio se non le sottoscrizioni. Di ciò tardi ora m'avveggo. Non potendo altro, il raccozzare i due brani pubblicati dal Galletti e dal Fatteschi, soggiungendovi le sottoscrizioni, basterà, spero, ad accertarci, che assai poche parole per avventura mancheranno del Documento intero.

In quanto alla data, errò il Galletti nell' assegnare l' anno 765 al mese d'Aprile della *Quarta* Indizione, qui segnata: errore, in cui non cadde il Fatteschi. L' anno *decimo*, non il *nono* di Desiderio correva in quel mese d'Aprile: del che riparlerò nelle Note al seg. Num. 853.

(1) *Temporibus Domni Adriani Sanctissimi Papae*. Adriano Pontefice Romano fu eletto nel 772: crede perciò il Fatteschi d'esservi stato in Aprile 766 un Vescovo di Rieti, chiamato Adriano, e non conosciuto dall' Ughelli. Può stare; ma sarebbe insolita cosa, che precedesse il nome del Vescovo di Rieti al nome del Duca di Spoleto, e che in tanta vicinanza di Roma si dasse a quel Vescovo la qualità di *Papa Santissimo*.

Più verisimile mi sembra il supporre, che nella Pergamena *Originale* della presente donazione di Scamberto, un qualche Annotatore, per suo ricordo privato, avesse scritto in margine d'essersi la medesima fatta ne' tempi del Romano Pontefice Adriano; e che tal postilla fosse stata da Gregorio Catinese accolta di poi nel testo della sua Copia, cioè nel Num. 73. del suo Registro.

est juxta MONUMENTUM ANTIQUUM, et pergit in cacumina MONTIS PALOMBI, et inde revertitur in flumen MELLINUM (1) et ex alia parte fluminis usque ad aliorum cacumina montium.

ET a *secundo latere* Rivus qui exit de CISTERNA usque in cacumen ejusdem montis et usque in praedictum flumen.

ET ex *alio latere* fluminis usque ad CURTEM HILDERICI *Gastaldii* QUAE VOCATUR PONTIANUM (2).

(*Continua il Fatteschi*)

SED et Curtem S. MARTINI medietatem. et totam Curtem de CESALINI in integr........et alias res habeo in Civitate REATINA. videt (*videlicet*) PETRUM *piscatorem cum tota domo sua.* et in PLAGE *casalem* unum ubi vocabulum est BRUSTULATA *etc.*

ACTUM in REATE per ANDREAM *judicem.*

(*Fin qui si legge nel Fatteschi, e nel Galletti. Or ecco i testimoni da me copiati*).

Signum ✝ manus SCAMBERTI qui hanc cartam *donationis* fieri rogavit

Signum ✝ manus HILDERICI testis

Signum ✝ manus PRANDONIS testis

Signum ✝ manus PROBATI testis

Signum ✝ manus MADERISII testis

Signum ✝ manus RUSTIONIS testis

✝ Ego ANDREAS notarius ultimo omnium complevi et scripsi

---

(1) *Flumen Mellinum.* È questo il tanto celebrato Velino, che si precipita nella Nera, e forma la caseata di Terni.

(2) *Curtem Hilderici Gastald, quae vocatur Pontianum.* La Corte di Ponziano dunque, posta sul Velino, era tuttora del Gastaldo Ilderico in Aprile 766; la quale si vedrà donata da lui a Farfa nel seg. Num. 853.

NUMERO DCCCLIII.

Ilderico, Gastaldo di Rieti, dona il Casale Ponziano *al Monastero di Farfa.*

Anno 766? Aprile.

(Dal Galletti (1)).

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Xristi. Regnantibus dominis nostris Desiderio et Adelchi filio ejus piissimis regibus, anno regni eorum Deo propitio VIII. et VII (2) sed et temporibus domni Theodicii

(1) Galletti, Tre Chiese di Rieti, pag. 29, Nota (1): dal Num. 93 del Gran Registro di Farfa.

(2) *Anno regni eorum .... VIIII et VII.* No: il *nono* anno di Desiderio non si potè congiunger mai col *settimo* di Adelchi nel mese d'Aprile. Qui dunque ancora come nel prec. Num. 852. si commise un errore da Gregorio Catinese. Ma correggendo gli anni del Re Desiderio col mutare il *nono* in *decimo*, s' incontra un errore assai più grande: quello, cioè, d'ascoltarsi qui fatta la donazione di Ponziano a Probato, che non divenne Abate di Farfa prima del 25 Marzo 769, per quanto apparisce dalla Cronología così delle Carte del Gran Registro, come dalla Cronica di quel Monastero, compilata dallo stesso Gregorio di Catino, e posta in luce dal Muratori. Gli stessi computi sull'Abate Probato si trovano fatti da Monsignor Marino Marini [1], di cui or dobbiamo rimpiangere la recentissima ed amarissima perdita.

Gregorio di Catino, in vece di porre nel suo Registro il nome dell'Abate Alano, che visse fino al 769, pose quel di Probato; allucinazione, che avviene assai di leggieri, quando s'hanno sotto l'occhio ad un tempo molte Pergamene antiche. Il Galletti fu da prima tratto in inganno, e credè nel 1757 [2], che Probato sedeva fin dal 765, al quale anno, per un altro

[1] Marino Marini, Cronologia degli Abati di Farfa, pag. 11. Roma in 4.° (A. 1836).

[2] Galletti, Gabio, pag. 38. in Nota (A. 1757).

gloriosissimi ducis ducatus SPOLETANI et viri magnifici HILDERICI *castaldii civitatis* REATINAE mense Aprilis per Indictionem IIII.

EGO HILDERICUS *castaldius* nullo me cogente neque vim faciente, sed bona et spontanea voluntate mea *pro mercede et absolutione animae meae dono* trado atque concedo a die presenti in aeterna traditione in monasterio Sanctae MARIAE sito in ACUTIANO territorio SABINENSI ubi venerabilis vir PROBATUS abbas esse videtur *curtem* nostram in loco qui vocatur PONTIANUS cum casis vineis terris silvis pratis pascuis olivetis ripis rivis cultis et incultis. Casas colonicias cum colonis vel colonabus; servis vel ancillis, *aldiis* vel *aldiabus*; omnia quaecumque ad ipsam *curtem* pertinent in integrum ut diximus, *pro anima nostra* in suprascripto monasterio a die praesenti *donamus* possidenda.

---

sbaglio da lui commesso, attribuiva egli la Carta presente del Num. 93 Registro Farfense: ma nel 1765 [1], in atto di pubblicarla intera, pose Alano e non Probato. Della qual sua correzione veramente avrebbe dovuto far motto, ma nol fece, ai suoi leggitori.

Non saprei dire per quale altr' allucinazione Gregorio Catinese collocò la precedente donazione di Scamberto, e la presente d' Ilderico sotto i Numeri 73 e 93, così lontani fra loro nel suo Gran Registro, sebbene all'una ed all'altra Pergamena egli avesse attribuita la stessa data del mese d'Aprile della *Quarta* Indizione. Ciò che accresce le difficoltà, è il vedere sotto il Numero 91 del Registro Farfense, che nel 773 un Ilderico, il quale non si denomina *Gastaldo Rietino*, e sua madre Taciperga donano a Probato, Abate di Farfa, la Corte di Ponziano con altre Corti, sì come in breve si dirà. Furono due nel 766 e nel 773 gl' Ilderici, e due i Casali Ponziano, donati successivamente al Monastero di Farfa?

1 Galletti, Tre Chiese, pag. 29. (A.1765).

Quatinus ab hac die firmum et stabile sit in ipso sancto monasterio *donum nostrum*, et nullo unquam tempore liceat mihi nolle quod semel volui sed semper firmum et stabile permaneat. Unde pro stabilitate hujus cartae Andream notarium scribendum rogavimus et testes a nobis rogatos optulimus qui supter manibus suis signum sanctae fecerunt.

Actum in Reate mense et indictione suprascripta

† Signum manus Hilderici *Castaldii*, qui hanc cartam *donationis* fieri rogavit.

Signum † manus Opterami; testis.
Signum † manus Pandonis; testis.
Signum † manus Probati: testis.
Signum † manus Alerisi: testis.
Signum † manus Rimonis: testis.
Signum † manus Gisulphi: testis.

(*Manca la sottoscrizione del Notaro* Andrea).

NUMERO DCCCLIV.

Miccinello di Palenziana *vende ad Alano, Abate di Farfa, un pezzo di vigna nel Casale di* Fagiano *in quel di Viterbo.*

Anno 766. Aprile.

(Dal Num. 74. del Registro di Farfa: Carta inedita).

In nomine Domini. Regnantibus dominis nostris viris excellentissimis, et a deo conservatis Desiderio et Adelchi filio ejus magnis regibus anno regni eorum in dei nomine X et VII mense Aprili, Indictione VIII (*leggi* IV) feliciter.

Manifesta causa est quam ego Miccinellus filius cujusdam Florentiani, qui sum habitator Vici Palentianae, datas habui b. m. Anselmo *duas tabulas terrulae* in fundo

casalis Fagiani *ad pastinandum*, et ut ipsam vineam plantaret, et usque ad annos quinque partiretur inter nos *per medietatem* et contingit (*sic*) mihi de ipsa vinea in portione *tabula* I.

Unde ego qui modo supra Miccinellus bona et spontanea voluntate mea, libera potestate, vendidi tibi, Halane abbas Monasterii Sanctae Mariae ipsam unam *tabulam* de vinea mea cum pomiferis arboribus et repalibus suis vel quantum ad ipsius vineae meae portionem venit iufra ipsum *casale* Fagianum in integrum.

Unde profiteor me qui supra *venditor*, recepisse a te, Halane, pro ipsa una *tabula* in integrum auri solidos VIII finito pretio sicut inter reos bono animo convenit. Quatinus amodo ipsa suprascripta una *tabula* in integrum in tua vel successorum tuorum sit potestate, faciendi aut vindicandi, quidquid aut qualiter volueritis liberam in omnibus exinde habeatis potestatem.

Et si, quod fieri non credimus, ut habet humana fragilitas, si ego ipse *venditor* aut aliquis de heredibus meis te suprascriptum Halanum vel posteros tuos de jam dicta *venditione* quam textus iste continet in aliquo molestare aut per nos aut per submissam personam temptaverimus, et a quocumque homine defendere non potuerimus, componam vobis cui infertur molestia poenae nomine *duplum ipsum pretium*, quod a te recepi, vel quantum amodo ipsa vinea meliorata valuerit. Sic itaque interpositum est.

Actum ad Oratorium Sanctae Mariae in Fagiano, regno et indictione suprascripta.

Signum † manus Miccinelli *venditoris* qui hanc cartam fieri rogavit.

Signum † manus Ansoni filii cujusdam Marcellini, vd (*viri devoti*): testis.

Signum † manus Petruli filii cujusdam Laurionis, viri devoti: testis.

Signum † manus GUALFREDI, filii cujusdam AUTAREMI viri devoti: testis.

Signum † manus ALANO filii cujusdam TINONIS, viri devoti: testis.

Signum † manus JORDANIS filii cujusdam PETRULI, viri devoti: testis.

† Ego JOHANNES notarius hujus cartae scriptor post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCLV.

Teodicio, Duca di Spoleto, dona il Casale Paternione *al Monastero di Farfa.*

ANNO 766. Giugno.

(Dal Num. 75. del Gran Registro di Farfa: Carta che sembra inedita).

IN nomine domini Dei Salvatoris nostri JESU XRISTI.

REGNANTIBUS dominis nostris DESIDERIO et ADELCHI filio ejus piissimis regibus anno regni eorum deo propitio X et VII

EGO in Dei omnipotentis nomine TEUDICIUS gloriosus et summus Dux *pro mercede piissimorum dominorum nostrorum regum* (1) ut supra atque *pro nostra*, *donamus* et concedimus in Monasterio Sanctae Dei genitricis MARIAE sito in loco ACUTIANO, et tibi venerabilis vir, HALANE abbas, *casalem* unum nomine PATERNIONEM in finibus nostris SABINENSIS, qui pertinet ad *Curtem* GERMANICIANAM, quam antea ipsum Monasterium *per donum sanctae memoriae* domini HAISTULFI regis habuit concessum: ipsum unum *casalem* in integrum cum duabus casis, quae in ipso *casale*

(1) *Pro mercede piissimorum dominorum nostrorum regum.* Si vegga con quanta diligenza il Duca di Spoleto cercava di piacere al Re Desiderio.

positae sunt : p̲ (*sic*) quae rectae esse videntur per Gilgeradum et Optimum germanos ; cum uxoribus et filiis atque familiis, quae in ipsis duobus *focularibus* residere videntur : liberos pro liberis, servos pro servis qualiter ad suprascriptam *Curtem* pertinent, et *ad manus publicas* omnia possessa sunt : ita in ipso sancto loco seu venerationi vestrae concessimus possidenda.

Quatinus ab hac die firmum permaneat *donum nostrum* ; et a nullo *gastaldo* vel actore nostro contradicatur.

Ex jussione suprascriptae potestatis scripsi ego Dagarius notarius.

Datum *jussione* Spoleti *in palatio*, anno ducatus nostri IIII, mense junio, per Indictionem IIII.

Sub Godiscalco *actionario nostro* feliciter.

NUMERO DCCCLVI.

Ferulo del Vico **Palenziana** ***vende al Monastero di Farfa un pezzo di vigna nel Casale*** **Fagiano** ***del Viterbese.***

Anno 766. Giugno.

(Dal Num. 76. del Registro di Farfa; Carta inedita).

In nomine Domini.

Regnantibus dominis nostris viris excellentissimis et a Deo conservatis Desiderio et Adelchi filio ejus magnis regibus : anno regni eorum in Dei nomine X et VII mense junii, Indictione IIII feliciter.

Constat me Ferulum filium cujusdam Deusdedit *clerici* de Vico Palentiana v̄h (*virum honestum*) *venditorem* libera potestate *vendidisse* tibi, Halane abbas de Monasterio Sanctae Mariae quod situm est in Acutiano territorio Sabinensi, nullius coactus imperio : sed pura et spontanea voluntate mea unam *tabulam* vineae meae quae posita est in *casale* Fagiano ; quae michi contingit *ad pa-*

stinandum a quodam PERTONE de TUSCANA ; Omnia quantacumque ipsi vineae pertinet una cum arboribus fructuosis vel infructuosis, sicut mihi pertinuit ; totum in integrum, tibi qui supra emptori meo *vendidi* : et in ipsa *clausura* nil mihi reservavi.

UNDE profiteor ego qui supra *venditor* me suscepisse a te emptore meo pretium per TEUTPALD monachum vestrum pro jam dicta vinea auri solidos VIII finito pretio, sicut inter nos bona voluntate convenit. Quatinus jam dicta vinea quae supra legitur ab hac die in tua , emptor , vel successorum tuorum sit potestate : et quidquid de suprascripta vinea facere aut judicare volueritis , vendere dònare alienare commutare ; liberam in omnibus exinde habeatis potestatem.

Signum † manus Dommolini qui an cartula fiere rogavit.

Signum † manus Rotperti filio quondam Roduoldi, testis.

Signum † manus Ansari filio quondam Ansualdi, testis.

Signnm † manus Auriboni filio quondam Aufrit, testis.

Signum † manus Maurunte filio quondam Filicenti, testis.

Signum † manus Gumfrit filio quondam Guntifrit testis.

Ego Maccio notarius post testium complevi et dedi.

Ego Anspertu Notarius an cartula sine fraudem *exemplavi*.

NUMERO DCCCCIX.

Testamento del Diacono Grato, abitatore di Monza.

ANNO 769. Agosto.

(Dal Frisi (1)).

Exempla. REGNANTE domno DESIDERIO et ADELCHIS uiri excellentissimi reges anno pietatis eorum in Dei nomine *tertio* et *decimo* et *decimo primo*.....die mense augusto Indictione septima.

GRATO reuerentissimus diaconus filio bone memorie SIMPLITIO (2) *habitator* in fundo MODITIA cogitans istius uite lauilem cursum licet lectulo decumbens sanus tamen mente integroque consilio dixit. uita et mors in manu Dei est. melius enim est metu mortis hominem uiuere quam spem uite suasus morte subuetanea interire.

IDEOQUE per presentem cartulam preuidi ego qui supra GRATO diaconus uniuersa facultatula rerum mearum disponere atque ordinare quatinus in futuro seculo de huius uite neglegentiis non reprehendar sed dei prouidentiam misericordia promerear adipisci.

INCIRCO statuo atque instituo ut a presenti die obitus mei fundetur in *curte mea* quam habere uideor in suprascripto fundo MODITIA *oraculo* domini SALUATORIS atque

(1) Frisi, Memorie Storiche di Monza, II. 4-7. (A. 1794). Stampate già fin dal 1777. *Ex Num. 141. Arch. Modoet.*

(2) *Grato....filio....Simplitio.* Era egli di *sangue Longobardo* o *Romano* il Diacono Grato? *Romano*, credo, pe' nomi Romani così del padre come del figliuolo. Forse Grato nacque in Bologna, ove ben presto egli stesso dirà d'avere avuto alcuni suoi parenti. Grato nondimeno affermava d'essere *abitatore* di Monza. Qui lo vediamo fornito di molte ricchezze, non che in altri luoghi del Regno Longobardo. Allo stesso modo vedremo ben presto sotto l'anno 773, Martino, che nato era in Cremona, divenir Diacono e poi Arcivescovo della Chiesa di Ravenna.

sancti FIDELIS de rebus meis propriis per studium scilicet GAROIN reuerentissimus diaconus custodes basilice sancti IOHANNIS de predicto fundo MODITIA. aut qui pro tempore custus in ipsa basilica fuerit. et construatur inibi *mensa pauperum* quatinus de fructibus suprascriptarum rerum nostrarum sex nomina pauperum per omnem ebdomatam tribus diebus ab ipsa mensa reficiatur *usque ad satietatem.* ut eum ex ipsis muneribus escam et potum perciperint et deo gratias retulerint mihi pertingerint possit ad exultationem animole meae

IPSIUS vero *oraculi*... fati *exenedosii* de luminariis ac diuinis officiis et elemosinarum studiis atque eorum ordinationem: Adiuro per deum omnipotentem et sanctam trinitatem inseparabilis ut curam..... tam suprascriptus GAROIN diaconus quam et qui pro tempore custus ipsius basilice sancti IOHANNIS inuentus fuerit. itaut ipsius basilice *dicioni* predictum nostrorum *oraculum* domini SALUATORIS atque sancti FIDELIS et *exenedochium* in perpetuum pertineat eiusdemque custodes inibi talem personam iuxta dei intuitum ordinent. qui predicti *oraculi* et iam fate elemosina curam sine ull.....in iura predicti *oraculi* et iam fati *exenedosii* omnipotenti domino de ipsius datis et donis *pro mercedem parentorum meorum et mee paruitatis anime* exultatione.

IDEM.....quam habeo in iam fato fundo MODITIA cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus una cum casis *aldionariciis* (1) uel quidquid iuri meo in eodem loco pertinet

(1) *Cum casis aldionariciis.* Qualunque fosse stato, Longobardo o Romano, *il sangue* del Diacono Grato, egli possedea le case *Aldionali* e però vivea secondo la Legge Longobarda in Monza, ed altre allo stesso modo ne possedeva in Milano, in Mandello, in Vareno, in Fermignano ed in Concoreggio. E che? Non parla forse il Diacono Grato del *Mundio* di

excepto.......d subtraxero aut cuilibet aliquid uiuens dedero atque dari precipero.

Nam reliqua omnia et ex omnibus presenti transitus mei die ipsius *oraculi* potestati tradita ac mancipata persistant. uerum etiam et confero ad iura ipsius *oraculi* uel *exsenedosii* nostri portionem meam de casa uel area ubi

---

sei soldi per due serve *proaldie*, da lui possedute in Baragia ed in Campigine? Grato dunque viyea nel Regno Longobardo a *Legge Longobarda*, non *Romana*, sì come pretese il Signor di Savigny.

A lui fe' plauso più d' ogni altro il Consigliere Rezzonico; uno de' più eletti spiriti della nostra Penisola, che primo levossi con grandissima dottrina ed urbanità contro il mio Discorso de' *vinti Romani*; poscia ristampollo in Milano con le sue *Osservazioni*, concludendo, come ciascuno sapea doversi concludere, che vana ed inutile riescirebbe ogni disputa sulla condizione di que' vinti, se prima non venisse in luce la Raccolta de' Documenti, contenuti nel Codice Diplomatico. Dopo una sì onesta dichiarazione, io m'affrettai di mandare a quell'egregio uomo del Rezzonico le prime Parti di tal Codice: ma qual non fu il mio cordoglio nel ricever l'acerba notizia della sua morte? Qual non fu il danno ed il dolore di tutta Italia? Chi più del Consigliere Rezzonico avrebbe potuto giudicar sanamente del Codice Diplomatico Longobardo, ed o interpetrar gli Atti quivi compresi od aggiugnerne altri, ch'erausi omessi od ignorati da me?

La sua voce allora profferito avrebbe un solenne giudizio inappellabile sulla condizione de' vinti Romani. Ora il Signor Avvocato Emmanuele Bollati, che va traducendo in Italiano i lavori del Savigny sulla Storia del Romano Dritto nel Medio-Evo, potrebbe succedere all'illustre Rezzonico nel trattar la questione de' Romani vinti da' Longobardi. E già per bocca di molti ascolto dirmi, che il Bollati recherà nuovi lumi su questo argomento; ciò che io credo assai volentieri. Ma non dovrà egli, prima di concludere, aspettar alla sua volta la pubblicazione del Codice Diplomatico, sì come faceva il Rezzonico?

posita est cum *curticella* de quantum habere uideor in ciuitate MEDIOLANENSI ex integrum. nec non et olíueta mea quam habeo in MANDELLO et UARENO atque casis *aldionaritiis* uel terris et uineis aut quidquid in predictis locis habere dinoscor ex integrum atque casa una *masaritia* posita in fundo SACERA similiter cum rebus mobilibus atque inmobilibus; simul et offero ibi casas duas una in UITUNO quem mihi ex comparatione aduenit et alia in GUMMERI quem mihi in portione aduenit de consobrinis meis cum seglinas meas in UITUNO vel omnibus rebus mobilibus atque inmobilibus in predictis duobus locis habere dinoscor ex integrum.

ITEM confero inibi domum *coltilem* meum in fundo FERMINIANO cum casa una *aldionaritia* quem mihi ex comparatione aduenit ex integrum seu et curte una posita in CONCORETIO.....uel omnibus rebus in predicto loco mihi pertinentibus.

NEC non et domo *coltile* meo in KALENDASCO atque casa una *massaritia* que nominatur a PERSECO. simul et domo *coltile* meo in AUCIS quem mihi in portione aduenit de consobrinis meis. nec non et casa una *masaritia* quem mihi ex comparatione aduenit posita in ualle CUSIANACA: set et augeo ad iura ipsius *oraculi* atque *exsenedosii* domum *coltilem* meum in CAMPIGINE. simul et omnibus res illa quam habeo in Ciuitate BOLONIENSI uel foris (1) circa ipsa ciuitate in integrum.

(1) *Et omnibus res illa quam habeo in Civitate Boloniensi vel foris.* Ecco l'*Oracolo*, ossia la Chiesa di San Giovanni di Monza, divenuto erede di tutto ciò, che Grato possedeva in Bologna: ed ecco una delle grandi considerazioni da farsi nella Storia d'Italia. Già dissi più volte, che un Senatore o Patrizio Romano, caduto nella servitù o nell'*Aldionato* del Regno Longobardo, poteva essere ad un'ora un ricchissimo pos-

EXCEPTO iuges duas de terra aratoria quód uolo habere propinquos parentes meos qui hereditatem meam percepturi fuerant si ego intestatus decidisset. hec omnibus rebus superius nominatis tam suprascripto *oraculo* quam et iam dicto *senedochio*. omnia et in omnibus in potestate sancti IOHANNIS domini et *nutritori meo* uel de ipsius custodes *dicioni* trado et faciad inibi.......die obitus mei quidquid qualitèr melius preuiderint: et hoc instituo ut portionem meam de *oraculo* sancti FIDELIS uel ex ipso *senedochio* quod a parentibus meis ...... sit ipsa portione mea in potestate iura sancti IOHANNIS ordinandi qualiter *mihi legibus pertinuit*: THEODERO *puero meo* habere uolo terra.........de BARAGIA in consimile loco......iuges de uites......et media iuges de......casa ipsius quem mihi aduenit.......seu et mancipio una nomine......
pro aldiane habente *soledos sex mundio*.

ITEM LIODO.....filio suo IOANNACE habere uolo portione mea de rebus m.......bi sibi *casella* edificent atque inhabitare debeant. et habere eos uolo media iuge de uites et media iuge de terra aratoria in BLATENO qui dicitur de PODONE in consimile loco.

ITEM LEOPRAND *puero meo* uolo ut habeat iuges tres de terra aratoria in fundo CAMPIGINE in copsimile loco. uolo ut habeat mancipio una nomine AGEDRUDA pro *aldiane* habente *soledos sex mundio*.

---

sessore di terre nella vicina Bologna, in tutto il resto dell'Esarcato, in Roma ed in Sicilia. Or sopraggiunge un esempio illustre di tal verità: la Chiesa di Monza, per posseder le terre lasciatele da Grato in Bologna, dovea possederle secondo le disposizioni del *Dritto Romano*, che ivi regnava nel 769, sebbene il Re Desiderio vi facesse continue, ma passeggere, invasioni, che in breve cessarono al tutto, dopo la caduta del Regno Longobardo.

Joannace. Rimedruda. theoderada. et teodegunda (1) instituo esse *liberos et liberas ciuesque romanos* et solutum et solutas in iurepatronatus. et ubi presenti die obitus mei ambulare aut cum quo habitare uolueritis liberam habeatis in omnibus potestatem ex mea uel heredum meorum plenissima largitate.

Reliqua scilicet familia mea. seruos et ancillas. *aldiones* uel *aldianes* in quocumque loco habitantes (2). instituo esse *liberos ciuesque* romanos. ita tamen ut de accespitibus suis non expellantur. se......casas quas a manus suas abent laborantes atque regentes fruges uel omne fulgant ad predictum *oraculum* uel *exsenedochium* persoluentes. salua libertate sua seruili conditionibus soluti in predicti cespitibus suis omni in tempore perseuerent.

Igitur omnis predictas res superius compreeusas cum edificiis ac diuersis sediminibus cunctisque territoriis. cultis et incultis. omnibusque oliuetis uel uineis simul et siluis atque stalariis cum pratis et pascuis. ubiubi per singulis locis positis excepto quod exinde nominatim subtraxi atque subtraxero : nam reliqua omnia cum omnibus finibus terminibus uel accessionibus earum qualiter iuri meo pertinet ex integrum per presentem *oraculo* in iura et potestate predicti sancti ac uenerabilis loci a presenti die transitus mei *dono*. cedo. ac confero. et per presentem

(1) *Theoderada et Teodegunda*. Due nomi Gotici di donne. Viveano forse in Bologna od in qualche altro luogo dell'Esarcato di Ravenna: e però il Diacono Grato, volendole far libere insieme con Rimedruda e Giovannaccio, dovea necessariamente dichiarar tutti *Cittadini Romani*, secondo la *Legge Romana dell'Esarcato*; paese non soggetto a'Longobardi nel 769.

(2) *In quocumque loco habitantes*. Dunque parlò eziandio de' suoi servi, che viveano in Bologna e nell'Esarcato, *a Legge Romana*.

paginam solemniter mancipo atque confirmo *pro mercede anime parentorum.....propinquorum nostrorum uel mea:* unde adiuro *principes terre istius* vel omnes Xpianos per Deum omnipotentem et sanctam crucem domini nostri IEHEU XPI atque intemerata uiscera beate et semper uirginis dei genitricis MARIE trinitatemque inseparabilem et sacrosanctam quatuor dei euangelia ut nullus eorum se contra presentem paruitatis nostre ordinationem emittere debeant aut hinc aliquid subtraere aut emutare presumat. sed quod nostra integerrima voluntas omnipotenti deo offersi sine ulla diminutione integre permanere promittat. reseruato tamen in mea circa potestate. dum uita mea consteterit. iudicandi faciendi ex omnibus quidquid uoluero.

QUAM igitur *ordinationis* seu *dispositionis* mee paginam THOMAS subdiaconus et notario sancte TICINIUM scribere rogaui.

IN qua subter propriis manibus confirmaui testibusque obtulimus roborandum.

ACTUM TICINUM feliciter.

Ego GRATUS uenerabilis diaconus huic cartola *hordinationis* seu *institutionis* meae a me facta relegi suscripsi et testibus optuli roborandum.

signum ✝ manus UITALIS *negotiens* filio quondam IOBINALE testes.

signum ✝ manus TEOPERTI *negotiens* filio TEOPALD testes.

signum ✝ manus NAZARII *monetario* filio quondam GRADERIS testes.

ego ANDREAS *medicus* huic cartula *dispositionis* seu *institutionis* rogatus a GRADONE diacono non relicto mihi subscripsi qui me presentem subscripsit.

THEODERACES *aurifex* huic cartola *dispositionis* seu *institutionis* rogatus a GRADONE diacono testes subscripsi me presente scripsit et non est mihi relicto.

Ego qui supra THOMAS subdiaconus et notarius sancte TICINUM ecclesie scriptor uius *dispositionis* seu *institutionis* quam post compleui et dedi.

---

† ego ANDREAS clericus in unc *exempla* me subscripsi. ipso *autentico* relegi sic continebatur in ipso *autentico* sicut in ista legitur *exempla*.

† ego RIDIARD notarius in anc *exempla* me subscripsi. et in ipso *autentico* relegi sic continebatur in ipso *autentico* qualiter in ipsa legitur *exempla* littera plus minus.

† ego IOHANNES clericus filio bone memorie ANDREI de MODITIA in hanc *exempla* subscripsi et in ipso *autentico* relegi sic enim continebatur in ipso *autentico* qualiter in ista legitur *exempla* littera plus minus.

† ego COSMAS clericus in hanc *exempla* me subscripsi et in ipso *autentico* relegi et sic continebatur in ipso *autentico* qualiter in ista legitur *exempla* littera plus minus.

† ego URSUS clericus in hanc *exempla* me subcscripsi et in ipso *autentico* relegi sic continebatur in ipso *autentico* qualiter in ista legitur *exempla* littera plus minus.

† ego IOHANNES notarius in hanc *exempla* me subscripsi et in ipso *autentico* relegi et sic continebatur in ipso *autentico* qualiter in ista legitur *exempla* littera plus minus.

† AGEPRANDUS notarius in hanc *exempla* me subscripsi et in ipso *autentico* relegi et sic continebatur in ipso *autentico* qualiter in ista legitur *exempla* littera plus minus.

OSSERVAZIONE SU' *CITTADINI ROMANI* ORDINATI DAL DIACONO GRATO.

Qual maraviglia, che ad un Diacono di *sangue Longobardo* venisse il talento d'usar in un testamento le formole rituali della Chiesa Romana, secondo le quali fin da' tempi dell' Imperator Costantino e poi di San Gregorio Magno i servi si ma-

nomettevano, dichiarandoli cittadini Romani? Di tal formola, passata nel *Libro Diurno* de' Pontefici Romani, favellai più volte: ma principalmente nell'atto di ricordare un sì fatto *Libro* [1]. Qual maraviglia dunque, che un Ecclesiastico, forse Bolognese, usasse, come Grato Diacono, le formole del *Libro Diurno?* Qual maraviglia, che ciò si facesse da un Longobardo, non dico Ecclesiastico, ma semplice Laico, dopo la pubblicazione della Legge Liutprandea sugli Scribi nel 727? L'intelletto Latino avea soggiogato i Longobardi fin da quel tempo; e bastava per conseguirsi un tal trionfo l'aver imposto a'Barbari il parlare Latino e la necessità di scriver le loro native Leggi nella lingua dei vinti Romani. E però, dopo il 727, i Longobardi, plebei e nobili, poveri e ricchi, da'*liberi livellarj* fino a'Duchi ed a'Re, amavano di comparire nelle loro scritture sempre più Romani; e si toglievano in prestito le locuzioni de'Giureconsulti Romani, e si pigliavano con orgoglio i titoli Senatoriali di Roma, e piacevano massimamente quelli di *Chiarissimi* e d'*Illustri*. A' Re faceva pro d'appellarsi *Flavii*, e, se potessero, *Imperatori*; Arechi ed i suoi predecessori Duchi di Benevento favellavano del loro *Sacro Palazzo*, come facevano gl' Imperatori Bizantini.

Tutto ciò non toglica nel 769, che la Legge Longobarda fosse *territoriale* nel Regno Longobardo; che la cittadinanza delle molte razze suddite del Regno di Desiderio non fosse unica e Longobarda, e governata dagli usi del *guidrigildo variabile*; che il *sangue* di tali razze, massimamente de' Romani vinti da' Longobardi, non fosse cosa del tutto diversa dalla *cittadinanza*; dall'unica, cioè, del Regno Longobardo.

Tornando al Rezzonico, io gl'indirizzai alquante parole sul principio di questo Codice Diplomatico nel riferire la formola del *Civis Romanus*, prescritta del *Libro Diurno*, assicurandolo, che riparlato avrei di tal formola prima di compire una sì aspra ed inamabil fatica. Or questa è compiuta, e s' e' non si fosse dipartito sì acerbamente per noi dalla Terra vedrebbe per opera, che i *Cives Romani* del Diacono Grato sono forse l'unico esempio pervenuto alla posterità di questa formola Romana ed Ecclesiastica. La vera maraviglia è, che altri esempj non siano

1 *Vedi* Cod. Diplom. Long. II. 16. Num. 306.

fin qui conosciuti della stessa: ma si scopriranno di mano in mano, senza che l' opinione, vera e falsa, dell' illustre Rezzonico intorno al loro gran numero faccia crollare l'altra di non esservi stata se non una sola cittadinanza ed una Legge sola *territoriale* nel Regno Longobardo, sebbene Liutprando avesse permesso di farsi contratti alla Romana sol per via di contratti e di mutui consentimenti dinanzi agli Scribi.

NUMERO DCCCCX.

Liutperto Prete dona alcuni suoi beni alla Chiesa da lui retta di S. Frediano *in* Lunata.

Anno 769. Novembre 14.

(Dal Bertini (1)).

† In Dei nomine.

Regnante Domno nostro Desiderio Rege, et filio ejus Domno nostro Adelchis Rege, anno regni eorum *tertiodecimo*, et *undecimo*, octavo decimo Kalendas Decembris, per indictionem octavam.

Manifestum est mihi Autperto (*Liutperto* (Bars.)) Presbitero, Rectori Ecclesie Domini, et Sancti Frigdiani in Lunata, quia per hanc cartulam offero Deo, et tibi suprascripte Ecclesie Sancti Fridiani, omnem adquisitum meum quem...quaesivi (*acquesivi* (Bar.)), et mihi *legibus pertenet*, et adquirere potuero, *pro animae mee remedio*, exceptis rebus *ex jure parentum meorum.*

Tali autem ordine, ut dum ego advivere meruero ipsum adquisitum predictum meae reservo potestati usumfructuan-

(1) Il Bertini [1] ricavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivesc. di Lucca (* B. 79): poi vennero poche Giunte e Correzioni del Barsocchini [2].

1 Bertini, *loc. cit.* Appendice, pag. 117.
2 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 67.

di, gubernandi, et regendi recto moderamine....in aliquo faciendi: post vero meum obitum omnis jamdicta res meas (*jam dictus meus* (Bar.)) adquisitus revertatur.... praefatae Dei Ecclesie *pro animae meae remedio* in prefinito.

Et neque a me, neque a meis heredibus posse aliquando disrumpi haec cartula *offersionis* meae, sed ut superius decrevi ita persistat; et nulli liceat nolle quod semel volui.

Et pro confirmatione Austripertum Clericum scribere rogavi.

Actum Luca.

Signum ✝ manus Liutperti Presbiteri, qui hanc cartulam fieri rogavit.

✝ Ego Rachiprandus Cler. rogatus a Liutperto Prb. in hanc cartula me teste subscripsi.

✝ Ego Anipertus Presb. rogatus *etc.*

✝ Ego Argimo rogatus ad Liutperto *etc.*

Signum ✝ manus Gumprandi, filii qd. Willeradi de Lunata, subscripsi.

Signum ✝ manus Tassuli, filio qd. Gumfridi de suprascripto loco, subscripsi.

✝ Ego Austripertus Cler. post traditam complevi, et dedi.

NUMERO DCCCCXI.

La Vedova Magnerada, poi divenuta Monaca, fa donazione d'un Oliveto in Campilione *alla Basilica di San Zeno dello stesso luogo; poi detto* Campione.

Anno 769. Novembre 19.

(Dal Fumagalli (1)).

✝ Regnante domno nostro Desiderio vero (*viro*) excellen-

(1) Fumagalli, Codice Sant'Ambrosiano, pag. 41. (A.1805).

tissimo rege anno pietatis regni ejus in Xpi nomine *tertio decimo* et gloriosissimo domno nostro Adelchis rege filio ejus anno *undecimo* nonadecima diae mensis novembris indictione octaba

Basilicae beatissimi et confessoris Xpi Tzenoni in vico Campellione a parentibus meis edificatum; Magnerada *Dei ancella relicta bone memorie* Anscaus *donatrix* ejusdem *oracoli* presens presentibus dixi *Quidquid homo in loca veneravia contulerit centublum acepiet et insuper vitam hedernam possedevit*, Quapropter ego que supra Magnerada *Dei ancella dono* in ipso sancto loco et ejus jus dominiumque *transcrivo* atque transcripsi (1) *donationis* tetulo *pro Missa et luminaria mea* uel pro iocale atque pro parentibus meis, ides oliuetallo meo in ipso uico Campellione simul et viticellas in simul se tenentem de quodam Gundoald avius meus ex integrum Quoherit de una parte olivetallo Gaiutrudae neptae meae et de alia parte olineto suprascripti *oracoli* capite uno tenit in vites Toroni et alio *selva* simul et ad vites ut supra, Que olivetallo et viticellas sicut pedatura vel quoherentia legitur vel a me possessum est et a presenti diae in ipso sancto loco *done* cedo et confero et per praesentem cartulam *donationis* confirmo ut dixi pro *Missa et lumina mea* sub eo ordine ut dum ego advixero que supra Magnerada *Dei ancella* in mea reservo potestatem usufructuario nomine nam non alienandi licentiam habitura, nam post meum decessum a praesenti diae in jura et potestatem suprascripti *oracoli* permaneat

---

Pergamena *Originale* dell'Archivio di Sant'Ambrosio di Milano; posseduta già e pubblicata per le stampe dal Marchese Maffei nel Num. V. de'suoi Documenti della Verona Illustrata, (A. 1733). Ma il Fumagalli non ne fece menzione.

(1) *Transcrivo atque transcripsi*. Non certo nelle *Geste Municipali* di Campione, del quale si vegga il prec. Num. 705.

Et custus qui ibidem pro tempore fuerit faciat eis canocae (*canonico*) ordine quidquid praeviderit Nec mihi leceat ullo tempore nolle quod volui sed quod a me semel factum est inviolaviter conservare promitto.

Quam enim cartulam *donationis* meae Alfrit notarius amico meo *scrivere* rogavi. In qua manu mea subter signum facientes testibusque obptoli rovorandum

Acto in vico Sossono sub die regni et indictione suprascripta octaba feliciter.

Signum ✝ manus Magneradae *Dei ancelle* relicta bone memorie Anscaus qui hanc *donationis* fieri rogavit.

✝ Ego Aunefrit uu presbiter in hanc cartolam *donationis* rogatus a Magnerata *Dei ancella* consenti interfui.

Signum ✝ manus Tagipert de Cateriaco testis.

Signum ✝ manus Ambrosii filii quondam Gudoald de Cateriaco testis.

Signum ✝ Oto manus Otoni filii quondam Otoni de Cateriaco qui nomen suum scripsit.

✝ Ego qui supra Alfrit notarius scriptor hujus cartole quam post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXII.

Ampia donazione di sette Corti, fatta da Leone, figliuol d' Unoaldo, a Montecasino.

Anno 769? o 770?

(Dal Gattola (1)).

Dominum se sequentibus, suaque omnia relinquentibus

(1) Gattola, Access. Ad Hist. Casin. I. 11. (A. 1734): Dal Num. 176. del Registro di Pietro, Diacono Cassinese, *fol. 79. a tergo.*

Ancor questa Scrittura fu avvolta nella condanna generale, che il secolo decimottavo scagliò contro la sincerità degli Archivj Monastici, e specialmente contro quel di Monte Casino.

pollicitus esse centuplum redditurum, insuper et vitam eternam daturum divina testantur eloquia.

Ideoque Ego Leo filius quondam Unoaldi hujus mandati non surdus auditor Evangelicum illum negociatorem imitari cupiens qui inventam preciosissimam margaritam vendidit omnibus emit eam, ut Christus lucrifaciam, non tantum meam, sed memetipsum illi tradere magno cum desiderio studui, quamobrem amodo, et deinceps offero tam me, quam et omnia, quae Juris mei esse noscuntur *ob remedium animae meae parentumque meorum* abolenda facinora in coenobio egregii Christi confessoris Benedicti ubi Vir reverendissimus Thomichis Abbas (1) regimen tenere videtur, ut praefatus sum omnes res meas tam mobilia, quamque immobilia domos tam in civitate Beneventana, et ecclesia, quam, et foris per singula loca domo cultas, in meas, olivetas, pascuas; prata, silvas, omnia, et in omnibus quicquid habere visus sum in dicto Sancto coenobio trado possidendum, excepto casam, et curtem, et ecclesiam infra civitate Beneventana, quam domni dedi Arechis, servos vero, et ancillas omnes liberos constituto, qui per cartulas manus meae scriptas liberi esse videntur in tali vero, racione, ut nec puerum, nec puellam ad manum alicui tribuant ad serviendum, operas vero per menses quatuor dent per singulos, ubi visum fuerit, vel in loco quo manserint, res vero suas, vel substancias nulli liceat donare vel vendere, seu alienare, nisi ad *conlibertos*

E però gran maraviglia è, che il P. Alessandro di Meo [1] riferisca minutamente le cose contenute nella presente donazione, senza soggiungere niuna sillaba di biasimo.

(1) *Tomichis Abbas.* Sedè Abate dal 763 fino al 771.

1 Di Meo, Annali, III. Sotto l'Anno 769. Il Gattola, nell'Indice de' Documenti, pone questa Scrittura nel 770.

suos, et si *paruerit* datum a supradictis Monachis requiratur.

De fundora vero mortuorum, si sine haerede mortui fuerint in providencia monasterii dicti redeant vel sint. Sed hoc statuo unum *casalem* meum situm erga Beneventum, qui dicitur Pantanum, volo, ut habeant amita mea in usum proprium diebus vitae suae cum servis meis, qui sunt ad ipsam curtem pertinentes, idest de Abellino, seu de Transmonte, post descessum vero ejus sit in coenobio S. Benedicti sicut caeterae facultates meae, itaut nulli unquam homini cujuslibet dignitatis, vel potestatis aut consanguinitatis meae sit licentiam de omnibus supradictis aut immutare, aut alienare in aliquo, nec mihi liceat aliquando qnod semel volo iterum nolle, nec de his omnibus quod semel optulit Deo, et beato Benedicto subtrahere de hoc loco sanctissimo, quod si quis aliquando contra hanc nostram *offercionem* contraire temptaverit in die tremenda judicii Dei sit anathema, maranatha, et cum Juda traditore Christi habeat consorcium.

Hanc vero *offercionem* propria manu scribens, me me et omnia mea per proprietatem tradens *super Sanctissimum corpus ejus*(1) coram Deo, et presentibus testibus optuli semper habendum.

Ego Thomichis indignus Abbas presens fuit, et permisi, et testis sum.

Ego Thomas indignus presbyter praesens sum.

Ego Johannes indignus Presbyter praesens sum.

Ego Martinus indignus diaconus testis sum.

Ego Angelarius monachus testis sum.

---

(1) *Insuper Sanctissimum corpus ejus.* Cioè sul Corpo di San Benedetto. Era dunque vivissima nel 770 la credenza che le sacre spoglie di lui riposassero in Monte Casino.

Ego Benedictus manu mea subscripsi.
Ego Albulo manu mea subscripsi.

Indicazione delle sette Corti donate.

Curcium autem nomina haec sunt.

Curte Ersemari boni; Adelgisi filii duo Malo Bonolo. Joanne Urso. Istitoticum Uxoris, et filiis Rocci cum quatuor filiis suis. Idest Leo, Stefano, Sellittolo, Ciminolo. Isti cum uxoribus, et filiis suis. Adelgari cum uno filio suo, et cum duobus generis suis.

Cur. (*Curte*) Gaideper Presbyteri Adelperto cum quatuor filiis cum uxoribus. Bonecauso cum quatuor filiis cum uxoribus, et filiis suis Grimoaldo cum quatuor filiis suis, cum uxoribus, et filiis suis, Ciminolo cum uxore, et filiis suis. Fuscari cum uxore, et filiis suis,

Curte Grisi. Landolfo cum Arniperto filio suo, et cum duo *filiastri*, Bonito cum duo filii cum uxoribus, et cum uno alio filio, et Stephano.

Curt. Cerbuli Presbiteri, Leoaldo cum quattuor filiis suis, et cum uxoribus, et filiis suis. Agenolfo nepote suo, et cum filiis suis Desideri cum tres filiis suis. Bassaci cum tres filiis suis, et unum gener.

Cur. Lupi Sadiperto cum uno filio suo, et generum ejus Sico cum uno filio cum uxore, Stephano cum duobus filiis suis. Fermoso cum tribus filiis suis.

Cur. Lupi Pictari, Davro cum quatuor filiis suis. Johanne cum tres filiis suis.

Curtem Dulciperti Bonerosi cum uno filio suo cum uxore sua, et filiis suis, et tres filii Rajenolfi, cum uxoribus, et filiis suis.

NUMERO DCCCCXIII.

Brani d'una Lettera di Stefano III.° a Carlo, Re de' Franchi, ed alla Regina Bertrada, sua madre, sulla ricuperazione del Patrimonio della Romana Chiesa nel Ducato Beneventano.

ANNO 769 o 770?

(Dal Codice Carolino del Cenni; con le Correzioni del Gentilotti (1)).

DOMINAE RELIGIOSAE FILIAE BERTRADAE DEO SACRATAE, SEU DOMNO FILIO CAROLO REGI FRANCORUM, ET PATRICIO ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

DUM tantis beneficiorum in diversis Apostolicis causis atque utilitatibus a vobis, cumulatis suffragiis, nimia jocunditatis laetitia, sancta spiritalis mater vestra, universalis Dei Ecclesia *relevata exultat*.................

ITAQUE praesens ITHERIUS, religiosus ac prudentissimus vir, et revera noster atque vester sincerus fidelis, quem cum suis concomitibus, et reliquis *vestris Missis* pro exequentibus (*exequendis*) *faciendisque justitiis* fautoris vestri beati PETRI, direxistis, ad nos conjungens, ilico in partes BENEVENTANI profectus est Ductus (*Ducatus*) pro recolligendo, ILLIS IN PARTIBUS SITO PATRIMONIO (2) ejusdem

(1) Cenni, *Mon. Dom. Pontificiae*, I. 271.

È la Lettera XLIV.ª del Codice Carolino, e la XLVI.ª Cronologica del Cenni sotto l'anno 769. Il Di Meo [1] la crede scritta nel 770 o 771. Non si nomina il Re Desiderio.

(2) *Illis in partibus sito patrimonio.* Questo, per giudizio del Cenni, è l'antico Patrimonio Campano o Sannitico, di cui tante volte si parla nelle Lettere di San Gregorio: Patrimonio perduto dalla Chiesa di Roma, per essersi dilatati sempre più i Longobardi ed ingranditi nel Ducato Beneventano. Ma non

1 Di Meo, Annali, III. 70.

protectoris vestri Apostolorum Principis, qui videlicet solertissimus vir, in omnibus, secundum vestram *nostramque voluntatem*, suique laboris constantiam, juxta ut a vobis illi praeceptum est, in ipsis Apostolicis exhibuit utilitatibus, unde nimis cor nostrum.....laetatum est....

Incolumem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

crede il Cenni, che Iterio fosse pervenuto a riaver intero sì fatto Patrimonio, ed a riporlo nelle mani del Pontefice Romano.

NUMERO DCCCCXIV.

Iscrizione, in cui si ricorda un Tasguno, chiamato Duca di Fermo.

Anno 770. Gennaio.

(Dal Muratori (1)).

IN DI NOM RENANTI (*sic*) DOMINO NOSTRO DESIDERIO
VIRO EXCL REGE ANNO PIETATIS
SUE IN DI NOM *TERZO DECIMO* GENTIS LANGUM
BORDORŪ IDENQUE REGNANTE DOMNO NOSTRO
ADELCHIS FILIO EJUS ANNO FELICISSIMI REGNI EIUS
XPI NOM̄ UNDECIMO SEO TEMPORIB
TASGUNI DUCI CIVITATI FIRMANE MENSE
JANUARIO INDICTIONE OCTAVA IN HUNC ARCA
VOLVET (2) FECI PRO SE SUIQUE OMNIUM

(1) Muratori, Novus Thesaurus Inscriptionum, IV. 1857. Num. 7. (A. 1742). Iscrizione trovata in Falaria o Falerone del Piceno da Pier Camerini.

Iscrizione ristampata dal Marchese Pindemonti [1], e più volte ne' molti e molti volumi dell'*Antichità Picene* del Colucci.

(2) *Volvet.* È questo il nome proprio d'un uomo? Sembra certamente, che fosse stato: altrimenti mancherebbe il nominativo all'Iscrizione.

1 Pindemonti, Le Sacre Iscrizioni del Vallarsi, *etc*. pag. 43. (A. 1762).

Volvet adunque si fece fare un'arca sepolcrale così per se come pe' suoi, correndo il mese di Gennaio 770, quando Tasguno era Duca di Fermo. Il Muratori, per quanto m'è noto, non fece alcuna considerazione su tal qualità, contento d'aver detto negli Annali [1], che Tasguno comparisce per la prima volta Duca di Fermo in quell'anno. Il Fatteschi [2] a buon dritto se ne maravigliò, e poco stette, ch' e' non dubitasse della perizia e dell'arte critica di chi mandò la Copia dell'Iscrizione al Muratori. Fermo, dice il Fatteschi, fu sempre città del Ducato di Spoleto prima del 770 e dopo: come dunque si trova un Duca in quella città nel 770? Ne' Documenti di Farfa è ricordato sempre un *Gastaldo* in Fermo, non un *Duca*: e però il Fatteschi, a suo malgrado, va immaginando, che per qualche cagione ignota nel secol nostro, il Re Desiderio avesse potuto pervertire gli usi del Regno, e concedere il Ducato di Fermo a Tasguno.

Ma come crederlo, se Teodicio, Duca di Spoleto, si mostrò sempre sì ossequioso al Re Desiderio? Ben lo vedemmo ed il rivedremo far donazioni a Farfa per l'anima de' due Re (*Vedi* prec. Num. 877). Io credo, che l'Autore della nostra Iscrizione; dettata con sì goffa o pedestre Latinità in servigio del Longobardo Volvet, fosse stato un uomo di *sangue Romano*, e suddito de'Longobardi; od anche nn Romano del vicino Esarcato e non suddito Longobardo, il quale, volendo parlar in generale del reggitor di Fermo, cioè d'un *Gastaldo*, parlato ne avesse con frase Romana, ed intitolatolo *Dux*. Un'Iscrizione sopra un'urna sepolcrale non dovea necessariamente somigliare ad un solenne contratto, come que' di Farfa, ove si leggono i nomi de' due Re, del Duca Teodicio e del *Gastaldo* di Rieti. Con lo stesso animo Romano, al Gastaldato di Fermo, Anastasio Bibliotecario diè il nome di *Ducato*, narrando i fatti del 770.

La lontananza di Fermo da Spoleto, e la segregazione che del Ducato Spoletino faceano gli Appennini, davano a credere, che questo Ducato si dividesse in due: cosa verissima in quanto alla Geografia fisica, non alla politica.

1 Muratori, Annali, Anno 770.

2 Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 42, 43. 212.

NUMERO DCCCCXV.

Guileramo conferma in iscritto la donazione d'alcune vigne in Lanciano, *fatta da suo padre Coderado al Monastero di Farfa.*

Anno 770. Febbraio.

(Dal Galletti (1)).

In nomine domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi. Regnantibus domnis nostris Desiderio et Adelchisio filio ejus piissimis regibus anno regni eorum Deo propitio XIII. (!) et XIV. (!) sed et temporibus domni Theodicii gloriosi ducis ducatus Spoletani et viri magnifici Hilderici *castaldi civitatis* Reatine mense Februarii per indictionem VIII.

Ego Guileramus filius cujusdam Coderadi manifestus sum quia bone memorie genitor meus superius nominatus in die transitus sui deputavit *pro anime sue remedio* in monasterio s. Dei gen. Marie sito in Acutiano atque Halano abbati vel congregationi ipsius monasterii vineas in Lamiano quas a Palombo germano suo in partem acceperat ipsas in integrum quantum infra claustra pertinet sive de *domo culta* sive cujuscumque portione in ipso *pio loco* tradidit possidenda.

Nunc autem ipsam cartam in ipso sancto loco vel tibi Probato abbati (2) per scriptionem firmamus quatinus ab

(1) Galletti, Vestarario, pag. 79: dal Num. 87. del Registro di Farfa. E' la pose, non so perchè, sotto l' anno 769. Già tutti veggono, che sono erronei gli anni de' due Re. Debbono essere XIIII. ed XI.

(2) *Probato Abbati.* Ho detto (*Vedi* prec. Num. 853), che Monsignor Marino Marini, rapito e' non ha guari a'vivi, pone l' elezione di Probato Abbate nel 25. Marzo 769. Nuova ragione per correggere la Cronologia del Galletti, che attribuisce la

hac die firma et stabilis permaneat in ipso *pio loco* nostro traditio et neque a nobis neque ab ullo herede posteroque nostro contra hanc cartam *donationis* vel firmationis ire aut vexare promittimus sed omni tempore stabilis permaneat.

Actum in civitate Reatina mense et indictione suprascripta.

Signum † manu Guilerami qui hanc cartam fieri rogavit. Quod superius minime diximus a cujus parte carta ista vexata fuerit *dupla condicione* in ipso *pio loco* subjacere promittimus.

Signum † manu Ausperti *Gasindii* testis.

† Ego Rimo rogatus a Guileramo manu mea subscripsi.

† Ego Atto rogatus a Guileramo manu mea subscripsi.

† Ego Goderisius rogatus a Guileramo manu mea subscripsi.

† Ego Arualdus rogatus a Guileramo manu mea subscripsi.

† Ego Theoderacius notarius scriptor hujus *firmationis* charte post testium vero roborationem complevi et dedi.

Carta presente all'anno 769 nel mese di Febbraio; quando, cioè, vivea tuttora l'Abbate Alano, predecessore di Probato.

NUMERO DCCCCXVI.

Ampia donazione d'Acerisio al Monastero di Farfa.

Anno 770. Marzo.

(Dal Galletti (1)).

In nomine domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi.

(1) Galletti, Gabio, pag. 98. Nota (1). (A. 1757): dal Num. 88. del Gran Registro di Farfa. Donazione ristampata, ma in

Regnantibus domnis nostris Desiderio et Adelchisio filio ejus piissimis regibus anno regni eorum Deo propitio XIIII. et XI. sed et temporibus domni Theodicii gloriosi ducis ducatus Spoletani et viri magnifici Hilderici *castaldij* civitatis Reatine mense Martii per indictionem VIII.

Ego Acerisius filius cujusdam (1) Stephani spontanea voluntate mea cogitans quia humana fragilitas semper debet de mortis repentine casibus cogitare ut sanus corpore et mente disponat que pro salute anime sue cognoscit utilia ut preparet sibi longum viaticum ut in refrigerio permaneat semper ne arguente divina jussione mentis sue desideria non valeat explicare. Sed dum in hac vita est sic disponat ut securius ambulet ne eum comprehendant tenebrae.

Quapropter ego qui supra Acerisius *dono* trado atque concedo in eterna traditione *pro remedio anime mee* et offero in M. beate Dei genitricis Marie quod situm est in Acutiano vel ad cunctam congregationem ubi Probatus abbas esse videtur. idest portionem meam de casa ubi inhabito prope muros civitatis Reatine cum ingressu curtis et horto omnia superius et inferius manentia cum solamento suo. Simul et casam vetus quam habeo comparatam a Sicualdo et Hisemundo clerico cum terris et accessionibus suis simul et terras vineas prata pascua silvas ripas paludes oliveta casas colonicias vel *peculiares* arbores fructiferas vel infructuosas cum familiis liberis *proliberis* servis *proservis* meam portionem qualiter nobis pertinent nobisque servierunt sive in Narnate sive in Sabinis sive in

una specie di compendio importuno e di cattivo esempio, dal Fatteschi [1].

(1) *Cujusdam.* Il Fatteschi legge *quondam.*

1 Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 272. (A. 1801).

Marsis sive in Interocro sive in Pitiliano cum portione de ecclesia beati Gregorii quantum in eodem loco habere videor tam de comparatione quam de acquisito vel prope civitatem Reatinam vel in Orbana suptus viam et super viam et in Quintiliano vel ubi ubi habeo meam portionem excepto quod si alicui de ista mea substantia ante per cartas contuli.

Nam alia omnia mee portionis superius scripta a presenti die *pro remedio anime mee vel parentum meorum* offero trado in M. S. Marie sub ea videlicet ratione ut dum ego qui supra Acerisius advixero omnis mea portio in mea sit potestate usu fructuandi et meliorandi non alienandi licentiam habiturus. Post meum vero discessum omnia sicut superius diximus in jus et potestatem S. Marie veniant ut mihi in futuro seculo sit remedium.

Familia vero mea que mihi infra casam deservivit tam masculorum quam feminarum volo ut sint liberi qualiter carta eorum continet. Peculia vero mea hoc est *cavalli* jumenta pecora porci vel quecunque intrinsecus in die obitus mei inventa fuerint omnia in M. S. Marie veniant excepto quod si exinde aliquid per cartas alicui dedero.

Portionem meam quam habeo in Spoleto tam in aedifitiis quam in terris vineis pratis pascuis silvis cultis vel incultis quecumque infra territorio Spoletano habeo volo atque decerno ut Ursa et Stephania germane mee una cum portione de ecclesia S. Petri diebus vite earum habeant possideant regant usufructuariarum nomine sub cura tamen et defensione vel ordinatione Abbatis qui pro tempore fuerit in M. S. Marie in Acutiano.

Post earum vero discessum de corpore omnes ipse res quas in Spoleto habere videor mee portionis in jus et potestatem S. Dei genitricis Marie deveniant in Acutiano excepto quod si exinde alicui antea per cartas aliquid

contuli. Hec omnia superius comprehensa quecumque in suprascripto M. contuli dum ego advixero in mea sit potestate usufructuandi nam non alienandi sed culctandi et meliorandi.

Post meum vero discessum omnia sicut in hoc testamento scripta sunt in jus et potestatem in eternum M. S. Dei genitricis Marie in Acutiano deveniant ut mihi peccatori futuro in seculo Dei genitricis intercessionibus *ad remedium meorum proficiat peccatorum.*

Quatinus ab hac die firmum et stabile sit *donum* nostrum in ipso sancto M. et neque a nobis neque ab ullo herede posteroque nostro aliquando contradicatur sed omni tempore stabile permaneat in ipso venerabili loco.

Actum in Reate mense et indictione suprascripta.

† Ego Acerisius in hoc *testamento* a me facto manu mea propria subscripsi.

† Ego Alefridus *castaldius* rogatus ab Acerisio in hoc *testamento* testem me subscripsi.

† Ego Lupo Mazoscanus (1) rogatus ab Acerisio in hoc *testamento* testem me subscripsi.

† Ego Teudemundus *actionarius* rogatus ab Acerisio manu mea snbscripsi.

† Ego Gutifredus rogatus ab Acerisio in hoc *testamento* manu mea subscripsi.

† Ego Lupo *vir illustris* rogatus ab Acerisio testem me subscripsi.

Ego Fulcoaldus *actionarius* rogatus ab Acerisio in hoc *testamento* pro *ignorantia literarum* signum Sancte † crucis feci.

† Ego Stephanus Notarius scriptor hujus *testamenti* post testium roborationem complevi et dedi.

(1) *Mazoscanus.* Ecco un cognome: per chi sa se nell'*Originale* del 770 non si fosse detto *Macescarius*?

NUMERO DCCCCXVII.

Sprinco permuta la sua casa con un' altra del Vescovo Peredeo in Lucca.

ANNO 770. Aprile 3.

(Dal Barsocchini (1)).

† IN presentia RACHIPRANDI presbiteri, AURULI presbiteri, GUNTIPERT presbiteri, SPRINCUE cler. seu ROTCHIS, GUNPULI, ANDREAE cler. filii GAUDIALIE, OSPRANDULI cler. et PERULI.

CONVENIT et stetit inter vir beatissimus domnum PEREDEUM in Dei nomine Episcopum et SPRIÇUM (*sic*) filium qd. SINDONIS, ut pro casa ipsius SPRINCUE, qua est prope Eccls. S. FRIDIANI, seu fundamento et curte et fenile ejus cum fundamento suo, daret ei domnus Epis. casam cum fundamento et curte, que fuit ASPRANDULI cler. et in ipso fundamento levare domnus Episc. ei *Salam* illam, que fuit qd. RONDIPERTI presb. et m...........ne qd. TASILI: simul in eodem fundamento et facere duas *caminatas* in predicta *sala* AUSPRANDULI cler.

ET taliter inter se traditionem fecerunt.

ET ipse SPRINCU fecit placitum, ut quantum domnus Epis. haec omnia suprascripta *conciare*, se de presenti de casa sua mutaret in ipsam casam AUSPRANDULI.

ET si ita non fecerit, componere solid. centum ad domnum Episcopum: et si eam non tollere, et FUSCARI generum suum ad appretiandum non adduxerit, aut pro eo se non firmavit, similiter placitavit componere solid. cen–

(1) Il Barsocchini [1] ritrasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († I. 61).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 67.

tum. Seu et ipsum FUSCARI in suprascripto *cambio* inter se firmitatem faciendo secum aberet.

ET si plus fuerit fundamentum ipsius SPRINCUE et ortum quam illum de ASPRANDULI, dn. Episc. ei daret de orto illo prope SCRAGIUM (*Seragium* (1)).

ACTUM est hoc anno Dominorum nostrorum regum DESIDERII et ADELCHIS *quartodecimo* et *undecimo*, tertium nonas mensis aprilis, per inditione octavam.

ET ego AUSTRIPERTUS cler. scripsi et interfui

SIC tamen per atpretiatum ei domnus Episc. pro fundamento ejus et orto, daret de ipso orto, unde jam cartulas inter se fecerunt

(1) *Seragium*. Il Barsocchini rammenta un luogo fuori di Lucca, fra Porta S. Pietro e Porta S. Gervasio.

NUMERO DCCCCXVIII.

Il Vescovo di Lucca Peredeo alloga una sua casa in Lusciano *ad Ato, abitatore del Vico* Valeriana.

ANNO 770. Maggio 14.

(Dal Bertini (1)).

✝ IN Dei nomine.

REGNANTE Domnus (*domno* (Bar.)) nostro DESIDERIO Rege, anno regni ejus *quartodecimo*, et filio ejus idem Domnus nostro ADELCHIS Rege, anno regni ejus *undecimo*, pridie idus mensis Magii, per Indictione octavam.

MANIFESTUM est mihi ATO, filio qd. JORDANNI *havitator*

(1) Il Bertini [1] prese questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝ M. 44) : il Barsocchini [2] vi fece alcune Correzioni e Giunte.

1 Bertini, *loc. cit.*, pag. 118.
2 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 68.

in Vico VALERIANO, quia per cartulam confirmasti me tu Venerabilis Dominus PEREDEO in Dei nomine Episcopo in casa Ecclesiae vestrae in loco LUSCIANO (1), ubi antea residet LUCERTULO germanus TAUNIPERTI (*Tuniperti* (Bar.)) *actori vestri*, ad resedendum in ipsa casa: proinde per hanc cartulam repromittere prevideo ego qui supra ATO tibi Domno PEREDEO Episcopo, ut dum advivere meruero ego, quam heredes mei, in ipsa casa vestra resedere, et habitare debeamus ipsa casa, et omnem rem ividem pertenentem, in omnibus *lavorando*, et meliorando, non in alia casa, aut in alio loco habitando, vel *peculiarina* faciendo, et per singulo anno ego, et heredes mei tivi, et successoribus tuis, vel ad misso vestro, seu ad actorem vestrum de curte vestra in ipso loco, tempore consueto, reddere debeamus *grano* modia quattuor; vino puro *decimatas* sex; porco annotino bono; animale masculo bono annotino; *angaria* quanta utilitas fuerit ad ipsa curte vestra facienda, sicut ab...(*alii* (Bar.)) *massarii vestri* de ipso loco: et in tertio anno animalia vestra *menare* debeamus diligenter usque in RUSELLE in curte vestra per nos, aut per misso nostro.

ET si vos nos de ipsa casa, et rem ividem pertenentem foris non expelleritis, aut in aliquo exinde nobis non subtraxeritis, vel non superimposueritis per quolibet ingenio absque nostra voluntate, et omnia suprascripta capitula a nobis non fuerint conservata et adimpleta, et adprovatum fuerit, promitto me, et heredes mei esse componituros tibi, et successoribus tuis, seu ad misso vestro auri soledos nomero triginta.

ET duas cartulas prope uno tenore conscriptas OSPRANDUM Diaconum *scrivere* rogavi.

ACTUM in suprascripto loco (2).

(1) *Lusciano.* Luogo presso Soana.

(2) *In supradicto loco.* Nel Vico Valeriano? Od in Lusciano?

† Ego Ato in hanc cartula *convenentie* manu mea subscripsi.

(*Seguono tre testimoni soggiunti dal Barsocchini*).

† Ego Filippus cler. in hanc cartula *convenentie* me teste subscr.

† Ego Deusdedi diac. in hac cartula *ec.*

† Ego Alpertus cler. in hac cartula *ec.*

Ego Osprandus Diaconus post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXIX.

Gumfredo, Abate di San Pietro di Monteverdi, *ossia di* Palazzolo, *permuta beni di tal Monastero con quelli di Lupo o Lupolo, Rettore di* San Regolo *di* Gualdo.

Anno 770. Maggio 24.

(Dal Bertini (1)).

† In Dei nomine.

Regnante Domno nostro Desiderio Rege, anno regni ejus *quartodecimo*, et filio ejus Domno nostro Adelchis Rege, anno regni ejus *undecimo*, nono Kalendas mensis Junii, per Indictionem octavam.

Manifestum est mihi Gumfridi Abbas Monasterii, et Ecclesie Beati Petri Apostoli situm in loco Monte Virde (2), quia placuit, adque convenit inter me, et te Lupolo Pres-

(1) Il Bertini [1] ebbe questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († C. 78): poscia il Barsocchini [2] vi fece le Correzioni e Giunte.

(2) *Monte Virde.* Di questo famoso Monastero di Monte Verde, o di Palazzolo s'è molto parlato nel prec. Num. 687.

1 Bertini, *loc. cit.*, Appendice pag. 119.

2 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 69.

bitero, Rectori Ecclesie Sancti Reguli, ubi ejus corpus requiescit in loco Waldo....(*ut*) cambium inter nos facere deberemus, et per hanc cartulam tibi in cambium.... (*in cambium dare* (Bar.)) et tradere prevideo casa *massaricia* Ecclesiae nostrae in loco vocaboli Castelione, ubi ante os annos abitavet qd. Merebolo coma.... (*casa ipsa* (Bar.)) ipsa, cum fundamento, curte, orto, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, olivetis, cultum adque incultum, mobile vel immobile, seo semoventibus.... (*semoventibus, omnia* (Bar.)) quantum nunc presenti ad ipsa casa pertenente videtur, et nobis qualiter per....aerrano (*qualiter per Ghisperto* (Bar.)) in *cambio* obvinet, in integrum tibi tradere prevideo.

Et recepi *da* te pro omnia suprascripta re....(*suprascripta res in* (Bar.)) *viganium casa massaricia*....est in loco vocabuli (*Massaricia de Ecclesia vestra in loco vocato* (Bar.)) Paterno Minore, ubi resedet....nipertus (*resedet Cunipertus* (Bar.)) Clericus; casa ipsa, cum alia edificia ividem, et fundamentum....vineis, pratis, pascnis, olivetis, silvis, cultum vel incultum, mobile vel inmobile, seu semoventibus, excepto....sitilia (*usitilia*) et notrimina de ....pertenente ad ipsa casa....pi in prefinito.

Unde repromitto me ego qui supra G...red (*Gumfred*) Abbas tibi Lupulo p....(*Presbitero*)....aut successoribus ....de suprascriptam rem, quam tibi dedi, intentionaverimus, aut retragi quesierimus per quolibet ingenio, et eam vobis ab omne homines defendere non potuerimus, promitto me, et successores mei esse componituros tibi, et successoribus tuis ipsam.... meliorata (*ipsam rem in duplum meliorata infer quidem* (1) *loco sub extimationem quales tunc fierit* (Bar.)) in eodem....

(1) *Infer quidem.* Cioè la solita Clausola Longobarda, in *ferquidi loco.*

Et duas cartulas uno tenore conscriptas Osprandum Diaconum *scrivere* rogavimus.

Actum ad Ecclesiam Sancti Viti ad Cornina.

† Ego Gunfred humilis Abb. in hanc cartula *vicaniationi* a nos facta manu mea subscripsi.

(*Seguono tre altri testimoni soggiunti dal Barsocchini*).

† Ego Deusdedit subdiac. rogatus *ec.*

† Ego Osprinca cler. rogatus *ec.*

† Ego Filippus cler. rogatus *ec.*

Ego Osprandus Diaconus post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXX.

Barunulo, abitante in Paterno, *fa donazione de' suoi averi alla Chiesa di* San Regolo in Gualdo.

Anno 770. Maggio 24.

(Dal Barsocchini (1)).

In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege, anno regni ejus *quartodecimo*, et filio ejus idem dn. nostro Adelchis, anno regni ejus *undecimo* nono kal. iunii, inditione octavam.

Manifestum est novis Barunulus filio qd. Mancioni *avitatore* in Paternu, quia per hanc cartulam offerimus Deo et tibi Eccl. beati S. Reguli, ubi ejus corpus requiescit in Gualdo, ubi Lupo presb. rettor esse videtur, casam abitationis noster cum omnibus aliis rebus ejus, et fundamenti curte ortis terris vineis pratis pascuis silbis, cul-

(1) Il Barsocchini [1] ebbe questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (* K. 76).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 68.

tum adque incultum, mobile vel inmobile, seo et semoventibus, omnia nobis pertinentes in integrum sit in potestate Eccl. in prefinito.

Et ita nos supradicti Barunulu volumus dum advivere meruero, de omnia notrimina, et de usivilia, seo et de usufructum in eas potestatem mihi reservo in omnibus dispensandi *pro remedio anime mee*, qualiter voluero.

Nam aliis hominibus rebus mea, hac cot in antea adquirere potuero, omnia in integrum trado et offero Deo et tibi Eccl. beati S. Reguli in prefinito *pro remedio anime mee.*

Et neque ad me, neque ad eridibus meis aliquando ad nullu homine presens cartula *offersionis* posset disrumpit, set omni in tempore stabile permaneat.

Et pro confirmatione Autelmus presb. *scrivere* rogavit.
Actum ad Eglesia S. Reguli in Gualdo
Signum † ms. Barunuli *offertoris* et *conservatoris*
Signum † ms. Mauri filio qd. Magnifredi testis
Signum † ms. Tanuli filio qd. Magnifret testis
† Ego Gumpertus cler. rogatus *ec.*
Signum † ms. Bruno clirico filio qd. Auti testis
Signum † ms. Gumpaldu cler. testis
† Ego Autelmu presb. post tradita compl. et dedi

NUMERO DCCCCXXI.

I fratelli Tanulo, Teudulo e Teutpert, abitatori di Paterno, *donano la loro Casa con altri fondi alla Chiesa di* San Regolo *in* Gualdo.

ANNO 770. Maggio 24.

(Dal Bertini (1)).

IN Dei nomine.

REGNANTE Domno nostro DESIDERIO Rege, anno Regni ejus *quartodecimo*, et filio ejus idem Domnus noster ADELCHIS Rege anno Regni ejus *undecimo*, nono Kalendas Junias, per Indictionem octavam.

MANIFESTUM est nobis TANULO et TEUDULO, seu, et TEUTPERT germanis filiis q.d MAGNIFRIDI *RASSI habitatores* in PATERNO quia per hanc cartilam (*sic*) offerimus Domino, et tibi Ecclesia Beati, Sancti REGULI, ubi ejus Corpus requiescit, in WALDO, ubi LAPUS Presbitero Rector esse videtur, casam habitationis nostre, cum omnibus aliis edificiis et fundamentis, curte, ortis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis cultam, adque incultam, mobile vel immobile, seo semoventibus, omnia nobis pertenentes in integrum.

ET ego qui supra TANULO taliter instituo, ut DULCIOLUS filius meus, si ante legitima etate mortuus fuerit post meo decessu, et de suam portionem, quem ei nunc presenti *da me legibus pertenit*, *pro anima sua* non judicaverit, omnia ejus portionem sit in potestate jam dicte Ecclesie.

ET si ad legitimam venerit etatem, et predictam suam portionem decreverit esse in potestatem prenominate Dei

(1) Il Bertini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († C. 28): senza Giunte nè Correzioni del Barsocchini.

1 Bertini, *loc. cit.*, Appendice, pag. 13.

Ecclesie, stabiliter maneat, sicut ego nunc presenti de meam portionem esse institno.

Quidem et si ipse filius meus voluerit, ut portionem ejus de omnibus rebus nostris non sit in potestatem ipsius Ecclesie, faciat de omnibus rebus suis quidquid ei in portionem ejus *da me legibus pertenit*, qualiter ejus mens suggesserit, et voluerit. Nam meam portionem, ut dixi, in integrum sit in potestate suprascripte Ecclesie in prefinito.

Et ita nos supradicti Germanis volumus, ut dum advivere meruerimus, de omnia notrimina nostra, et de usitilia, seu et de usumfructum nostrum potestatem nobis reservamus in omnibus despensandi: *pro remedium anime nostre*, qualiter voluerimus. Nam aliis omnibus rebus nostris et quod in antea adquirere potuerimus, omnia in integrum tradimus et offerimus Deo, et tibi Ecclesia Beati Sancti Reguli in prefinito, *pro remedium anime nostre*: et neque a nobis neque ad heredibus nostris aliquando, neque a nullo homine presens cartilam *offersionis* posse disrumpi: set omni in tempore stabilem permaneat et pro confirmationem Osprandum Diaconum *scrivere* rogavimus.

Actum ad Ecclesiam Sancti Viti, in Cornina.

Signum ✝ manus Tanuli *offertoris*, et *conservatoris*.

Signum ✝ manus Teoduli, idem *offertoris*, et *conservatoris*.

Signum ✝ manus Teutperti, idem *offertoris*, et *conservatoris*.

✝ Ego Sprinct Clericus rogatus a Tanulo et Teutpert in hanc cartula me teste subscripsi.

✝ Ego Erimpertus Clericus rogatus a Tanulo et Teudulo et Teutpert in hanc cartula me teste subscripsi.

✝ Ego Leuterj Clericus rogatus a Tanulo, et Teudulo, et Teutpert germanis in hanc cartula me teste subscripsi.

Ego Osprandus Diaconus post tradita complevi, et dedi.

NUMERO DCCCCXXII.

Elena, Santimoniale, *fa una vistosa donazione di terre al Monastero di Farfa.*

Anno 770. Maggio.

(Carta pressocchè inedita, della quale si pubblicarono dal Fatteschi alquanti brani (1)).

In Nom. Domini Dei Salvatoris nostri J. Xpti.

Regnantib. domnis nostris Desiderio et Adelchisio fil. ejus piissimis regibus anno regni eorum deo propitio XIIII. et XI. Sed et temporib. domni Theodicij Ducis Ducatus Spoletani et *Viri Magnifici* Hildericι *Castald. Civit.* beat. Mense Maij per Indictionem VIII.

Quisquis suorum facinorum ac delictorum pertractans profunda; si etenim regni beatitudinem desiderat metumque gehennae et voracis ignis incendia expavescit, oportet eum suae salutis tractare remedium, quatinus hic vita valeat perfrui bona, et illic regnet cum Xristo, ne urgente divina jussione suas (*sic*) non possit desideria explicare.

Quamobrem ego Helina *Sanctimonialis* femina dum considerassem fragilitatem hominum et saeculi praesentis reatum, pertractans *una cum parentibus meis* ut prò nostris facinoribus *donum* aliquid offeramus. Ideo *dono* trado atque concedo in quantum juste possibilitatem habeo de substantia quondam patris mei Taciperti quae mihi a sorore mea in partem venit, ut dixi largior in Ecclesiam Sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae quae sita est in territorio Sabinensi, loco qui dicitur Acutianus sub Probato Abbate: hoc est in Sabinis *Massam* ad

(1) Fatteschi, Memorie de' Duchi di Spoleto, pag. 272. dal Num. 94. del Gran Registro di Farfa. Non fu questa la sola donazione, che la monaca Elena fece al Monastero di Farfa, e due altre se ne leggono in quel Registro.

Vicum Novum in loco qui dicitur Cerritus portionem meam in integrum. In Narnate portionem meam in integrum. In Eciculis portionem meam in integrum. In Amiterno portionem meam in integrum. Ad Sanctum Heleutherium loco qui dicitur ad Campum portionem meam in integrum. Ad *fontanam* S. Heleutherii portionem meam de clausura. In Carsule portionem meam tam de Monasterio quam de casis et vineis et terris quantum mihi a sorore mea in portionem venit portionem meam in integrum. De *clausura* ad Decempera portionem meam in integrum. In Sabinis de Similiano et item in Sabinis de Saliano portionem meam in integrum. De villa Allena portionem meam in integrum. In Interocro loco qui dicitur Pinguis portionem meam in integrum.

Omnes istas portiones cum casis vineis silvis salictis cultis vel incultis et omnia in integrum, exceptis servis vel ancillis quos *pro animarum nostrarum* ademptione (*redemptione*) liberos dimittimus, in ipso *pio loco* concedimus possidenda. Sub ea ratione ut dum ego Helina una cum matre mea Teudiperga advixero, in nostra sit (*sint*) potestate.

Et si ego Helina de hoc seculo migravero et remanserit praedicta mater mea Teudiperga donec advixerit omnia ista suprascripta in vita sua habeat in sua potestate. De servis vero et ancillis qui in suprascriptis portionibus esse noscuntur omnes liberi permaneant, et si voluntarie in ipsis casis residere voluerint nulla eis super imposita sit in servitio obligatio. Et si de ipsis casis exire voluerint, liberam habeant potestatem.

Simul de *liberis* et *liberabus* et de *manualibus servis* vel ancillis volo ut a matre mea dimittantur liberi. Post nostrum vero excessum omnia ista capitula in ipso Monasterio et in ejus Congregatione permaneant. Ita ergo ab

hac die firmum et stabile in ipso loco permaneat *donum nostrum*, et a nullo homine contradicatur, quoniam haec feci *cum concessu parentum meorum*, ut de nostris facinoribus venia nobis tribuatur in futuro ut in stabilitate permaneat perenni.

Et, quod non credimus, si quoquo tempore aliquis homo tam de parentibus nostris quam etiam *judex qui presens in tempore fuerit* de ipso sancto et venerabili loco *donum nostrum* quod domino optulimus suptrahere voluerit cum ipsa Sancta et intemerata semperque virgine Maria habeat judicium in presentia Salvatoris; et habeat portionem cum Juda traditore domini nostri Jesu Xristi: et ubi illud libratum judicium datum fuerit statuentibus a sinistris eat in ignem etiam nunc pro ejus jussione qui judicare veniet vivos et mortuos et seculum per ignem (1).

Actum in reate.

† Sign. m. Helinae *Ancillae dei* et *sanctimonialis* feminae *donatricis* quae hanc firmitatem in ipso sancto loco fieri rogav.

† Ego Hildericus *vir magnificus Castaldius* in hac cartula *consentiens* manu mea propria subscripsi.

† Ego Leonianus rogatus ab Helina manu mea propria subscripsi.

† Ego Godifredus rogatus ab Helina manu mea propria subscripsi.

---

(1) *Seculum per ignem.* Or si vegga quanto nell'ottavo secolo era divenuto volgare l'uso dell'imprecazioni solenni fra' privati, e quanto siano acerbe quelle che il Notaro Andreasio pone in bocca d'una Monaca! Non inutil ricordo nello studio delle formole adoperate così nelle Bolle Pontificie, come in alcune Lettere del Codice Carolino.

† Ego GODERISIUS rogatus ab HELINA manu mea propria subscripsi.

† Ego TYBERIUS rogatus ab HELINA manu mea propria subscripsi.

† Ego ANDREASIUS scriptor hujus cartulae post testium roborationem complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXXIII.

Il Prete Deusdedit permuta beni con Rachiprando, Rettore di Santa Maria di Sesto.

ANNO 770. Maggio o Giugno.

(Dal Barsocchini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, et filio ejus dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni eorum *qu*.......... junias, per inditione octavam.

MANIFESTUM est michi DEUSDEDIT presbitero rectori Eccl. beati S. SILVESTRI....te RACHIPRANDUM presbitero rectorem Eccl. beate S. MARIAE sitae in SEXTO, ut *cambium* de c......deberimus, et per hanc cartulam do ego tibi *in viganium* una *clausuram* Eccl. nostre S. SILVESTRI.... seu et aliis arboribus suis, et est ipsa *clausura* in CARPINUTULA, ubi dicitur ad PASTINUM pr....data cum fossa ex omni capite et latere seu sepe: ipsam suprascriptam *clausuram* tibi dare pr.......Eccl. obvenit per cartnlam *offersionis* ab SUNARI et MUNIFRIDO.

ET recepi a te pro jam di....*clausuram* Eccl. vestre in

(1) Il Barsocchini [1] ricavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († P. 56).

1 Barsocchini, *loc. cit.*, pag. 69.

villa Urbana (1), quae eidem Eccl. per Teuderacio obvenit in integrum te....arboribus snis de ipsa *clausura*, quomodo circundata est in integrum cnm muro suo et..... asindi nom. Epis. Munualdum, qui una cum aliis hominibus previdit qualiter aeqnalia....to ego q. s. Deusdedi presbitero una cum successoribus meis tibi Rachiprando presbitero, vel ad tuis successoribus....tibi *in cambium* dedi, intentionaverimus, aut retragi quesierimus, et eam ad omni homine de.... cum meis successoribus tibi et tuis successoribns componere eam *in duplo* infer quidem (*in ferquidi*) loco.....et duas inter nos cartulas prope unum tenore Austripertum cler. scribere rogavi.

Actum Luca

Signum ✝ ms. Deusdedit presb. qui hanc cartulam fieri rogavit

Signum ✝ ms. Munualdi viris......

✝ Ego Deusdedit presb. rogatus

✝ Ego Filosofrosius presb. rogatus *ec.*

✝ Ego Gauspertus subd. rogatus

✝ Ego Rachiprandus cler. filio Serboli rogatus *ec.*

✝ Ego Andreas cler. rogatus *ec.*

✝ Ego Austripertus cler. pos tradita *ec.*

---

(1) *Urbana*. Luogo presso Capannole del Lucchese.

NUMERO DCCCCXXIV.

Peredeo, Vescovo di Lucca, alloga casa e beni della Chiesa di San Frediano *a' fratelli Auriperto, Aliperto ed Auriprando.*

ANNO 770. Luglio 24.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, et filio ejus idem dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni eorum *quartodecimo*, et *duodecimo*, vigesima quarta die mensis julii, per inditione octavam.

MANIFESTUM est mihi PEREDEO in Dei nom. Episc. quia per hanc cartulam confirmare prevideo vos AUDIPERTO cler. et ALTIPERTO et AURIPRANDO germanis, filiis qd. AURIMI cler. in casam et rem Eccl. nostre S. FRIDIANI, ubi nunc presenti commanetis, et in omnia quidquid a vobis possessam est, pertenente ad ipsam Eccl. nostra.

EXCEPTO omnem rem illam, quam germanus vester LAPUS presb. in predicta Eccl. S. FRIDIANI offerre visus fuit, quem nobis reservamus: nam aliis omnibus rebus pertenente ad ipsa Dei Ecclesia a bobis possessa in vestra et de filiis filiorum vestrorum confirmamus esse potestate regendi meliorandi in omnibus, et usufructuandi, et de ipsum usufructum, vel de intrinseco, et usitilia ipsius case *pro anima vestra* non doloso animo despensare licentiam habeatis.

ITA vero per singulos annos mihi et ad rectores ipsius

---

(1) Il Barsocchini [1] ricavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝ K. 50).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 70.

Ecclesie pro ipsis rebus in calendas majas reddere debeatis auri soledos boni LUCANI et PISANI nomero duo.

ET si vos hec omnia que supra leguntur adimpleveritis, et ego aut rectores de ipsa Ecclesia vos de ipsa casa et rem foris expellere, aut in aliquo superimponere presumserimus, aut subtraxerimus de ipsis rebus asque (*absque*) vestra voluntate, et pruvatum fuerit, promitto me et rectores Eccl. S. FRIDIANI esse componituros vobis et filiis filiorum vestrorum post hanc cartulam ostensa, ipsam rem *in duplo*, qualis tunc fuerit.

ET pro confirmationem FILIPPO cler. nostro scrivere precepimus.

ACTUM LUCA

† Ego PEREDEUS *exiguus Episc.* in hanc cartulam *promissionis* manu mea subscripsi

† Ego OSPRANDUS diac. in hanc cartulam me teste subs.

† Ego GAUSERAMUS subd. in hanc cartulam me teste subs.

† Ego AUSTRIPERTUS cler. in hanc cartulam me teste subscr.

† Ego FILIPPUS cler. post tradita complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXXV.

Memoria d'una donazione, che Rotari, Duca di Cremona, fece d'una casa e della terra di Longardone *al Capitolo Cremonese.*

ANNO 770. Agosto 30.

(Donata dal Conte Morbio (1)).

E schedis historicis pluries memorati IOAN. IACOBI TORRESINI.

(1) Questa è la penultima delle ventitrè Carte inedite, donatemi dal Morbio, raccolte con diuturna e felice diligenza dal

ROTHARIUS dux CREMONE *donat* Canonicis domum, et teram de LONGARDONE

IN Archivio Capitulari ecclesie Cathedralis in Cap. XII N. 10 in S. A vidi ego membranam anni 770. Sed ea tantum obrosa, et humiditate corrupta erat ut vix illius sensum arripere potuerim.

» ITQUE (*itaque*) ROTHARIUS dux ista civitate CREMONA anno supradicto 770 *donavit* per anc sue liberalitatis paginam canonice sce MARIE majoris de eadem civitate CREMONA unam suam domum positam in loco seu vico qui dicitur CASTRA LANGOBARDORUM–LONGARDONE, et jacent super unam *petiam* de tera perticarum pro mensura justa sessaginta posite circum ipsam domum. Coherent ei *petie* tere *da* montes via pubblica, *da* trex alias partes ipsi canonice CREMONENSIS ».

ET haec *donatio* ab eodem ROTHARIO duce facta est pro *refrigerio animae sue et bone memorie Parentorum suorum* RACHIS DUX, et AMATA femina onoranda

ET pro *Pharo* in Festis Sanctorum Martyrum.......

DE canonicis qui hanc *donationem* pro canonica acceptaverunt, seu eidem charte subscripserunt vix vix sequentia nomina mihi licuit intelligere idest »

ARNULPHUS *Archidiaconus*

LUPOALDUS *Archipresbiter*

LANDULPHUS presbiter, et *Primer* S MICHELIS in BURGO.

WOLPHRIDUS presbiter, et *Primicerius*

DRAGOALDUS presbiter

HINGELBERTUS presbiter ejusdem sce MARIE CREMONENSIS, et Canonice Prepositus.

---

rispettabile Monsignor Dragoni. La Carta presente, di cui ora si pubblica la Notizia, lasciataci dal Torresini, fu illustrata dallo stesso Dragoni[1].

[1] Dragoni, Cenni Storici, pag. 450-452.

Wido presbiter

Act. cremone in domo Canonicâ Feliciter.

Regnantibus Desiderio, et Adelchi anno regni eorum XIV et XII die 30 Augusti Indictione octava

Ibi fuerunt Andreosius, Rachibert, et Walperth sce marie *conversi* testes

NUMERO DCCCCXXVI.

Altiperto di Controne vende a Peredeo, Vescovo di Lucca, due case; una in Libidiano, *l'altra in* Gallicano.

Anno 770. Settembre 1.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege, et filio ejus dn. nostro Adelchis rege, anno regni eorum *quartodecimo*, et *duodecimo*, die kalendarum mensis septembris, per inditionem nonam.

Constat me Altipertum filium qd. Marcellini de Controne *abitatore* in vico Libidiano (2), presenti die vendere et tradere prevideo per hanc cartulam tibi viro beatissimo dn. Peredeo in Dei nomine Epis. casam abitationis meae in suprascripto loco, cum fundamento curte et orto, cum terris et vineis silvis castanietis, cum mobili et inmobili, re culta vel inculta: simul et casellulam meam in loco Gallicana cum quidquid ibi abere visus sum, tam mobilem rem quam et inmobilem in suprascriptis locis, predictam rem in integrum tibi venundare prevideo.

(1) Il Barsocchini[1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (* E. 1).

(2) *Libidiano.* Vico presso Controne, alla volta de' Bagni di Lucca.

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 71.

Unde a te recepi pretium in prefinito auri soled. numero viginti: ita vero de meo exiit dominio, et in tua trado esse potestate.

Unde repromitto ego q. s. Altipertus una cum meis heredibus, tibi viro beatissimo dn. Peredeo in Dei nomine Episc. vel successoribus tuis, ut si in aliquo de jam dicta re nos vobis intentionaverimus aut retragi quesierimus, et ab omni homine eam vobis defendere non potuerimus: spondeo me et heredes meos esse componituros tibi et successoribus tuis prefatum rem *in duplo*, infer quidem (*in ferquidi*) loco sub extimationem qualis tunc fuerit.

Et pro confirmatione Austripertum cler. scribere rogavi.

Actum Luca

Signum ✝ ms. Altiperti qui hanc cartulam fieri rogavit

✝ Ego Rachiprandus presb. rogatus *ec.*

✝ Ego Angilus cler. rogatus *ec.*

✝ Ego Garimundus presb. rogatus *ec.*

✝ Ego Austripertus cler. post traditam compl. et dedi

NUMERO DCCCCXXVII.

I due Preti Ermiteo e Valateo, fratelli, donano il lor patrimonio intero alla Chiesa di San Pietro *in* Tempagnano.

Anno 770. Settembre 21.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ *Exemplar.* In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege, et filio ejus dn. nostro Adelchis rege, anno regni eorum 14 (XIV) et 12 (XII). nono kal. octubris, per inditione nonam.

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa *Copia* fatta dallo stesso Notaro, che distese l'*Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝ N. 35).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 72.

Manifestum est nobis Ermiteo et Walateo presbiteris gg. quia. . . . Tenualdo genitore nostro a fundamentis construximus Ecclesia in honore Dei et beati Petri apostoli in territorio nostro, ubi conmanere. . . . loco Tempaniano.

Et per hanc cartulam offerimus in ipsa Dei Eccl. . . . abitationis nostre, cum fundamento curte et ortis terris vineis. . . . pascuis cultum atque incultum, mobile vel inmobile seu semoventibus, et quidquid in antea adqnirere potuerimus, omnia in integrum in ipsa Dei Eccl. offerimus: et quis a nobis ibidem fuerit ordinatus presbiter, post nostrorum decessum in ejus potestatem permaneat *secundum legem* ordinationem faciendo; et tam ipse quam et ille, qui ab eo fuerit ordinatus secundum Dominum *et legem nostram* in ipsa Dei Eccl. servire debeat.

Et recordamus quia genitor noster per cartulam omnem rem suam in nobis confirmavit, et hec omnia per ejus consensum confirmamus.

Et neque a nos, neque ab heredibus nostris, neque a nullo homine aliquando presens cartulam *offersionis* nostrae posse disrumpi, sed omni in tempore in suprascripto ordine firma et stabile debeat permanere.

Et pro confirmatione Rachiprandum cler. scribere *ec.*

Actum in suprascripto loco Tempaniano, diem et regnum et inditione suprascripta feliciter.

† Ego Ermiteo presb. in ac cartula a nos facta *ec.*

† Ego Walateu presb. in ac cartula a nos facta *ec.*

Signum † ms. Tanualdi genitori eorum *consentientis*

† Ego Deusdona presb. rogatus *ec.*

† Ego Auriperto presb. rogatus *ec.*

† Ego Saxo presb. rogatus *ec.*

† Ego Agiprando presb. rogatus *ec.*

† Ego Tomas cler. rogatus *ec.*

† Ego Rachiprandus clerico post tradita *ec.*

† Ego Rachiprandus cler. ex *autentico* fideliter *exemplavi*

NUMERO DCCCCXXVIII.

Homulo, Clerico, rinnova una donazione fatta da lui alla Chiesa Lucchese di San Martino *in* Colline.

Anno 770. Settembre 25.

(Dal Barsocchini (1)).

In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege et filio ejus dn. nostro Adelchis rege, anno regni eorum *quartodecimo*, et *duodecimo*, quarto kal. octobris, inditione nonam.

Manifestum est mihi Homulo cler.. filio qd. Causeradi *abitator prope* Eccles. S. Martini de Colline, quia hodie per annos triginta tam parentes mei, quam et ego voluntatem et imperationem fecimus de presbiteris suprascripte Dei Eccl. et hic Luca propter Chrisma nos mittebant ad tollendum ab Episc. et *cavallicaturam* cum ipsis presbiteris faciebamus, et jam ante hos annos in predicta Dei Ecclesia per cartulam *offersionis* omnem rem meam, et Ecclesie S. Angeli, quae a genitore meo conservata est, seo cultam vel incultam rem ubique mihi pertenentem offerui et confirmavi, eo quod antea pro ipsa re nostra voluntatem et imperationem de ipsis presbiteris faciebamus, et officium ipsius Eccles. et ipsa cartula deperit.

(1) Il Barsocchini [1] ricavò questa Carta *Originale* dall' Arch. Arciv. di Lucca († B. 2, e * H. 63): ma era stata già stampata dal Muratori [2] e dal Brunetti [3].

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 71.
2 Muratori, A. M. Ævi, VI. 209. (A. 1742).
3 Brunetti, Cod. Dipl. Toscano, I. 612. (A. 1806).

PROINDE per hanc cartulam iterum *offero* domino et tibi S. predicte Eccles. beati S. MARTINI, ubi GAUDIOSUS presbitero rector esse videtur, jam dictam Dei Ecclesiam S. ANGELI, et omnem rem meam ubique mihi pertinentes, et tali ordine confirmo, ut tam ego quam et heredes mei ipsam rem usufructuare et regere debeamus, et voluntatem et imperationem de presbitero, qui ibi ordinatus fuerit pro ipsa re facere et adimplere debeamus, officium in Dei Eccles. sicut per triginta annos ipsam abuimus faciendo, et ipsam Eccles. et rem non abe......ere, nec venundare, neque in alia Ecclesia aut homine alienare per nullum ingenium..... neque abeamus licentiam *pro anima nostra* dare, et homines nostros *libertare* tantum ......offerrui vel confirmavi, omni in tempore firmiter permaneat in ipsa Dei Ecclesia; et neque per...vel heredibus meis, neque a nullo homine haec cartula posse disrumpi, et nulli liceat nolle quod semel volui.

ET pro confirmatione AUSTRIPERTI cler. scribere rogavi.

ACTUM LUCA

Signum ✝ ms. HOMULI clerico qui hanc cartulam fieri rogavit

✝ Ego ROSPRANDUS diac. rogatus ab HUMOLO cler. in hanc cartulam me teste subs.

✝ Ego DEUSDONA presb. rogatus *ec.* me teste subs.

✝ Ego PETRONAS cler. rogatus *ec.* me teste subs.

Signum ✝ ms. AUSTRIPERTI cler. de ROTTA teste subs.

Signum ✝ ms. ALPERTI cler. filii qd. PUALICII cler. me teste subs.

✝ Ego AUSTRIPERTUS cler. post traditam complevi et dedi

NUMERO DCCCCXXIX.

Anno 770. Settembre.

(Dal Brunetti (1)).

✝ In nomine dni regnantibus dn n desiderio et adelcms fil ejus viri excell regibus anni regni eorum deo

2. protegente *quartodec* et *duodec* mense settembrio Ind octaba (2) dilectiss mihi semperque aman-

3. tiss bonipertulo et leopert neputibus mei Quoniam voluntas dei te cunctis *pro anima sua remedium*

4. concurret festina quatenus: in futuro seculo quantotius anime sue invenire possit Ideo ma-

5. nifesta causa abeo ego vadipert (3) *barbas* et *donator* vester quod vos supradicti Bonipert

---

(1) Il Brunetti stampò questa Carta *Originale*, senza dire in quale Archivio l'avesse trovata. Io la vidi nell'Archivio Diplomatico di Firenze, tra le Carte Amiatine, Num. 17.

(2) *Ind. octaba.* Essendo scritta in lettere, non in cifre, l'Indizione *ottava*, e' non può dubitarsi che così volle scrivere il Notaro Fermo. Egli errò, perchè già era cominciata la *nona* in Settembre 770; errore sì facile a commettersi da tutti nei primi giorni d'ogni nuovo anno. Se pur non voglia dirsi, che Fermo usò l'Indizione detta *Cesarea* del 24. Settembre. In tal caso, che qui non è probabile, sarebbe stata più grave la negligenza di lui nel tacere il giorno della donazione, la quale potè farsi dopo il 24. Settembre 770, e però nella *nona* Indizione, anche *Cesarea.* Gli anni *quattordicesimo* e *duodicesimo,* scritti alla distesa in lettere, de' due Re dimostrano, che l'errore commesso da Fermo vuole piuttosto attribuirsi all'Indizione ottava; e che però la donazione si fece nel Settembre 770, non già nel precedente Settembre 769. Il Brunetti lasciò stare l'anno 770, senza punto avvedersi dell'errore di Fermo.

(3) *Vadipert.* Questo Vadiperto, come bene avverte il Brunetti, non è diverso dall'Audpert, che nel 15. Maggio 763,

6. et LEOPERT nepulibus meis de *ancilla nostra propria* nomine BONIPERGA vos procreati fuistes

7. de qd BARONCELLO germano meo et in peccatis inpedientibus nulla *donatione* nec aliquis in vos

8. de ribus suis judicavet proideo consideravi caritate vestra volo adque et mea dispono volun-

9. tate *donamus* in vos omnem paupertatem substantie me tam illa geniturі vestro quam et illa nos-

10. tra vobis os (*qui supra*) nostro concidimus et firmamus *dono* quoniam sic meis meruerunt delictis

11. quia neque filios neque filias non procreavi proideo consideravi ut ris mea injudicata non

12. relinquam sed hoc volo et mea dispono voluntate et si mihi dominus respicere dignatus fuerit

13. ét filios aut filias procreavero medietatem ex omnibus abeatis vos BONIPERT et LEOPERT et me-

14. dietatem accipiant filiis aut filias meas et si sic nostris meruerint operibus et neque filius aut

15. filia non abuero *in omnibus vos mihi succidatis* tanquam si de semine meo procreati fuissitis

16. et in omnia ut dixi tuos mihi bhd legitimi *succidatis* tam in Casis quam vineis pratis pascuis sil-

17. vis movilia et inmovilia omnia et in omnibus de quantum presenti die abeo vel aviturus fuero

18. in omnia vos mihi hhd efficiatis tantumodum hoc volo et d. (*dum*) ego advixero omnia *dona* mea in mea

---

insieme con suo fratello Baroncello, comperò la serva Boniperga (*Vedi* prec. Num. 803). Da costei, non mai fatta libera o *guiderbora* secondo la legge 222. di Rotari (*testo Muratoriano*), Baroncello ebbe i due non legittimi figliuoli Bonipertolo e Liutperto, a'quali Valdiperto, loro zio naturale, fa la presente donazione così delle sue proprie sostanze, come di quelle che già erano state possedute da suo fratello.

19. sit potestatem judicandi *pro anima mea* vel disponendi qualiter voluerimus et vos una cum ipsis ri–

20. bus bene deservire dibeatis sicut ad benefactorem suum, pos viro decesso meo quidquid

21. injudicatum reliquero et per cartul. non firmavero in vestro dominio vel de hhd vs persistat, et

22. hoc decerno ut cum ipsis ribus quas vobis concido vel pos meo decesso reliquero *siatis* in monaste–

23. rio ut per singulos annos persolvere dibeatis *pro anima mea* in eccles. sci SALVATORIS in AMIATO

24. *quem bm* ERFO *Abb* (1) a fundamenda edificavet per quem abueritis reddatis in ipsa ecclesia

25. vel ad ejus rectores in auro solid. uno aut per auro aut per Cira vel per oleo aut per quem vo–

26. lueritis per anno in ipso Dei templo *pro anima mea* reddere debeatis et ut plus ma–

27. gis in vos in ista *donatio* firmam persistat suscipi in persuna vestra *launechild* ad ADU–

28. ALD anulo aureo uno ut dixim. in as persuna nam non in persuna ADUALD quid aliquis de ribus

29. meis competire dibeas nisi vestra persuna et ipso *launechild* in tali tinore vel pro–

30. texto suscipi secund. qual. superius dixi ut diebus vite mee omnia in meas

31. potestatem nam pos meo decesso quid injudicatum reliquero in tantum vos

32. contempti permaneatis et nullus de hhdbus prohhdb. meis vobis aliqua contro–

33. versia inferatur sed qual. superius decrivi ego VADIPERT in ipsa ordinatio–

---

(1) *Abb.* Questi è l'Erfone, di cui *Vedi* prec Num. 906.

34. nem cunctis diebus vestris permaneatis a nullo inquietante quem enim *donationis*

35. nostre cartul, FIRMO *scrivere* rogavimus ACTUM in BRIONI finibus TAURINATE (1) in FOSSATO

36. Sign ✝ manus VADIPERT *donaturis* et *firmaturis* qui hanc cartul, fieri rogavit

37. ✝ Ego CUNIPERTULO *sculdais* testis ss

38. ✝ Ego ALAIS testis ss

39. ✝ Ego ROSAPER filiu PURI testis ss

40. Sign ✝ manus LADOINI de CASA PUMILI testis

41. ✝ Ego SAGER testis suscripsi

42. ✝ Ego qs FIRMUS not, pos traditione conplevi et emisi

(1) *Brioni finibus Taurinate.* Il Brunetti confessa di non saper dove fossero questi luoghi; se pur non furono in quel di Chiusi o piuttosto di Viterbo. Nè alcun motto se ne fa dal Repetti.

NUMERO DCCCCXXX.

Lettera, con la quale Stefano III.° si congratula della pace fatta tra' due Re fratelli, Carlo e Carlomanno, pregandoli entrambi d'aiutarlo contro i Longobardi.

ANNO 770. (in autunno?).

(Dal Codice Carolino del Cenni; con le Correzioni del Gentilotti (1)).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS CAROLO, ET CAROLOMANNO REGIBUS FRANCORUM, ET PATRICIIS ROMANORUM, STEPHANUS PAPA.

(1) Cenni, *Mon. Dominationis Pontificiae*, I. 274.
È la Lettera XLVII.ª come sta sì nel Codice Carolino e sì nell'ordine Cronologico del Cenni.
La riconciliazione fra' due Re fratelli s'ottenne dalla comu-

Benedictus Dominus Deus noster, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolator et propitiator existit omnium invocantium eum in veritate. Ipse enim redemptor noster preces clamantium ad se exaudiens maerentium tribulationes ad gaudium convertit; quod certe nunc in vobis (*nobis*), atque universo peculiare (*peculiari*) populo sanctae Dei Ecclesiae ejus, divinae pietatis clementiam et misericordiae benignitatem cernimus esse diffusam, in eo, quod nostrae oratione (*orationis*) vota exaudiens; et meroris (*sic*) nostri lamentationem, quam usque hactenus habuimus ex ipsa divisione discordiae (1), quam antiquus hostis, inimicus pacis, intra vestram fraternitatem immiserat; nunc, Deo propitio, eodem pestifero aemulo confuso, in communem dilectionem et concordiam, ut vere uterinos et germanos fratres, vos connexos esse discentes, in magnam laetiam (*laetitiam*) convertere dignatus est.

Itaque, praecellentissime filii, magni victoriosissimi Reges, et Dei providentia nostri Romanorum Patricii, conjungentes ad nos fidelissimi ac solertissimi *vestri Missi*, scilicet Gauzibertus Reverendissimus et Sanctissimus frater noster Episcopus; atque Fulcbertus religiosus, et Ansfre-

ne lor madre Berta, dopo il Colloquio ch'ella tenne in Salussa, cioè in Seltz sul Reno, con Carlomanno. Ciò avvenne dopo la Pasqua del 771. Le quali cose possono assegnarsi all'estate di quell'anno, quando quella Regina mosse alla volta d'Italia. Trascorso un qualche tempo i due Re spedirono la Legazione di Gauziberto e d'altri a Stefano III°, per significargli d'essersi i due Re pacificati. Vista la difficoltà e la lunghezza del cammino, credo non essermi allontanato molto dal vero, ponendo, non senza dubitarne, la presente Lettera in autunno.

(1) Nota il Gentilotti: » legitur in Codice *Quam us hactenus habui mus ipsa divisione ex discorrat illa*; Tengnagelius correxit ut est in editione ».

dus, seu Helmgarius gloriosissimi vestri, detulerunt nobis honorabiles, et nimis desiderabiles Syllabas vestras a Deo instituta regale (*sic*) potentia directas; per quas innotuistis, contentionis rixas ac litigia inter vos versata fuissent (*fuisse*), sed, annuente Domino, nunc ad veram dilectionem, et unitatis concordiam, et fraterna (*fraternum*) amorem conversi extitisse videmini; quo audito, magno gaudio atque laetitia, *una cum universo populo nostro istius provinciae, a vobis redemptae*, repleti sumus, et gemina festivitatis gaudia peregimus, immensas Deo nostro omnipotenti referentes gratiarum actiones, atque victricem ejus clementiam collaudantes, consona cum prophetica voce cantantes atque dicentes: » Benedictus es Domine Deus » noster, et benedicta omnia opera tua; ecce enim nunc » gaudet Deus noster in caelis, gaudet et universus cho» rus angelorum, et in terra etiam cunctus exultat po» pulus Christianus, et solus Diabolus inimicus pacis, et » discordiae seminator, luget, dum victum se esse et » superatum conspicit »: non enim aliter fidelium mentes existimare poterant provenire (*pervenire*), quam quod nunc factum esse gaudemus, si Deus omnipotens illam pacem et fraternam dilectionem in vobis multiplicet, et multiplicatam conroboret, quam suis donavit sanctis Apostolis. Unde de vestra unitate etiam sancta spiritalis mater vestra, Dei Ecclesia, *et ejus universus populus exultat.*

Nam si vero, et inis (*in his*) ipsis vestris ferebatur apicibus, tota vestra virtute vos esse decertaturos, *pro exigendis justitiis* protectoris vestri B. Petri, et sanctae Dei Ecclesiae, atque ea promissione amoris, quae a (1) vestro pio genitore, sanctae recordationis, Domno Pippino, ei-

(1) Nota il Centilotti: » *quae* deest in ms. sed Tengnag. » posuit ».

dem principi Apostolorum, et ejus Vicariis, facta est (1), polliciti estis esse permansuros, et *plenarias justitias* sanctae Dei Ecclesiae, atque ejus exaltationem esse operaturos.

Et quidem nos, excellentissimi filii, Christianissimi magni Reges, omnino de hoc certi, atque in omnibus satisfacti sumus; quod nulla hominum suasio, aut thesaurorum copiosa datio vos poterit declinare, aut ab eadem vestra promissione, quod (*quam*) B. Petro spopondistis, quoquomodo immutare, tamen nunc firmitatem vestram comprobavimus, dum non corruptori, et fragili homini, sed Deo omnipotenti, et ejus Apostolorum principi, placere procurastis. Unde obnixe, tanquam praesentialiter, petimus, et coram Deo vivo, qui vos regnare praecepit, conjuramus Excellentiam vestram, ut *plenarias justitias* B. Petri, sub nimia velocitate, secundum capitulare, quod vobis praesentes (*per praesentes*) (2) *vestros fidelissimos Missos*, direximus, exigere, et B. Petro reddere jubeatis; sicut et vestra continet promissio, et omnia, quae *B. Petro*, et ejus Vicariis, cum vestro, sanctae memoriae, pio Genitore promisistis, adimplere dignemini, quatenus intercedente eodem principe Apostolorum, perfectam ab omnipotenti Deo in praesenti vita, et futura beatitudine suscipiatis, post Deum in nobis (*vobis*) habemus fiduciam, et in vestro amore atque caritatis dilectione firmiter, usque ad animam, et sanguinis effusionem, *uno cum universo populo* permanemus, atque permanebimus. Tamen et de hoc, et *de omnibus justitiis* B. Petri praedictis

(1) Nota il Gentilotti: » *facta est* deest in ms. sed Tengn. » posuit ».

(2) Nota il Gentilotti: » *per* deest in ms. sed Tengnagelius posuit ».

vestris Missis subtilius locuti sumus, vestro regali culmini cuncta enarranda, et jam, sicut terra sitiens imbrem prestolatur, ita vestrum auxilium, et congruum effectum de nostris petitionibus postulamus.

Et videte, excellentissimi filii, quia obtestamur vos per tremendum diem judicii. Etiam B. Petrus per nos vos adhortatur, atque obtestatur, ut sub nimia velocitate *ipsas justitias* ejusdem principis Apostolorum exigere a Langobardis jubeatis, fortiter eos cum Dei virtute distringentes, ut sua propria idem Principis (*idem Princeps*) Apostolorum, atque sancta Romana Reipublicae Ecclesia recipiat (1); nam si, quod non credimus, *ipsas justitias* exigere neglexeritis, aut distuleritis, sciatis vos distos nationes (*de istis rationem*) fortiter ante tribunal Christi eidem Principi Apostolorum esse facturos.

Si quis autem vobis dixerit, quod *justitias* B. Petri recepimus, vos ullo modo ei non credatis. Deus autem omnipotens sua vos dextera protegat, et victoriam vobis de coelo tribuat, suumque angelum ante faciem vestram mittat, qui vos praecedat, et inimicos vestros coram vestris prosternat vestigiis, atque a Deo instituti regni vestri terminos dilatet, et praesenti regno longaeviter, ac prospere gubernacula perfrui faciat; etiam et post hujus vitae in aevitatem (*longaeviter*), caelestia vobis regna per infinita tribuat saecula possidenda.

(1) Nota il Gentilotti: » Romana reipublice Ecclesia *rec.* » Sed *reipublice*, subducta linea, deletum est ».

NUMERO DCCCCXXXI.

Lettera di Stefano III.°, in nome anche del Senato e Popolo Romano, a' due Re de' Franchi, vietando che alcun di costoro prendesse in moglie una figliuola di Desiderio, e che una loro sorella sposasse alcun figliuolo di quel Re de' Longobardi.

ANNO 770. (Mese incerto. Settembre?).

(Dal Codice Carolino del Cenni; con le Correzioni del Genlilotti (1)).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS CAROLO ET CAROLOMANNO REGIBUS FRANCORUM, ET PATRICIIS ROMANORUM, STEPHANUS PAPA.

DUM omnium electorum Dei praecipuam vitam, et digna operum merita, in nri (*nostram*) memoriam revolvimus, invenimus profecto nulla eos potuisse qualitatis diversitate ab earum cordis statu, et pristina sponsionis constantia amoveri. Unde et variis antiqui hostis suasionibus ac blandimentis circumvallati, immutabiles in suae mentis firmitate constat permansisse, et ob hoc cum triumpho victoriae ad optata pertingere meruerunt gaudia; et nimirum considerandum est, quia si quis quibusdam sua–

(1) Cenni, *Mon. Dom. Pontificiae*, I. 281.

È la Lettera XLV.ª del Codice Carolino; e la XLIX.ª Cronologica del Cenni, sotto l'anno 770. Stampata già da' Centuriatori di Magdeburgo, e poi dal Cardinal Baronio, anche sotto l'anno 770, senza niun sospetto, ch'ella fosse falsa: il qual sospetto nacque indi nell'animo del Muratori. Ma lo stesso Di Meo, cotanto corrivo a dubitar delle scritture antiche, l'ebbe per vera [1]: e così anche ne' nostri dì, a buon dritto, fa l'Odorici [2]. Lettera cotanto famosa per l'invettiva contro i Longobardi, e per quel che ne disse Alessandro Manzoni. *Vedi* l'*Osservazione*, che metterò in fine, sulla natura di questa Lettera.

1 Di Meo, Annali, III. 71.
2 Odorici, Storie Bresciane, II. 305, 306.

sionibus demulcitus, victus fuerit, a recto confestim tramite, qui ducit ad vitam aeternam, per abrupta declinans devia recontendat (*ire contendat*), ut ex hoc in proclivem delabatur noxam; nam plerumque certum est, quia isdem (*idem*) antiquus hostis per infirmam naturam fidelium mentes subripere nititur; Hinc est enim, quod olim primo homini in Paradiso constituto, per infirmam mulieris naturam, pestiferis valuit suadere blandimentis, divinum transgredi mandatum, et ob hoc dirae mortis humano generi inrepsit excidium: et ideo, praecellentissimi filii magni Reges, tanto studio (*studiosius*) ejusdem molimini resistendum est (1), ne quemquam suis intetire (*irretire*) valeat argumentis, quanto cernimus suis crebro insidiis ad decipiendum fidelium corda insistere.

Itaque nostrae perlatum est notioni, quod certe cum magno cordis dolore dicimus, eo (2) quod Desiderius Langobardorum Rex, vestrae persuadere dinoscitur Excellentiam (*Excellentiae*), suam filiam *uni ex vestra fraternitate* in convivio copulandi (*connubio copulare*) quod certe, si ita est, haec propria Diabolica est immissio, et non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimae adinventionis esse videtur.

Quoniam plures comperimus, sicut divinae Scripturae historia instruimur, per alienationis (*alienae nationis?*) injustam copulam, a mandatis Dei deviare, et in magno devolutos facinore: quae est enim, praecellentissimi filii, magni Reges, talis desipientia, ut penitus vel dici liceat, quod vestra praeclara Francorum gens, quae super omnes gentes enitet, et tam splendiflua ac nobilissima regalis vestrae potentiae proles; pfidae (*perfida*), quod absit, ac foetentissimae (*foetentissima*)

(1) Nota il Gentilotti: » *ejusdem olimini in miti resistendum est;* alia manu correctum ut est in editione ».

(2) Nota il Gentilotti: » *eo*, subducta linea, deletum est ».

Langobardorum gente polluatur, quae in numero gentium nequaquam computatur, de cujus natione, *et leprosorum genus oriri certum est* (1).

Nullus enim qui mentem sanam habet, hoc suspicari potest, ut tales nominatissimi Reges, tanto detestabili atque abominabili contagio implicentur: *quae enim societas luci ad tenebras? aut quae pars fideli cum infidele?* (2. *Cor.* 6.). Etenim, mitissimi, et a Deo instituti benignissimi Reges, jam Dei voluntate, et consilio, *conjugio legitimo, ex praeceptione genitoris vestri copulati estis*, accipientes, sicut praeclari, et nobilissimi Reges, de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gente pulchrissimas conjuges et earum vos oportet amori esse adnexos.

Et certe non vobis licet, eis dimissis, alias ducere uxores, vel extraneae nationis consanguinitate immisci (*immisceri*), etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neque avus vester, neque proavus, sed nec vester gitor (*genitor*), ex alio regno, vel extranea natione, conjugem accepit, et quis de vestro nobilissimo genere se contaminare aut commiscere cum horrida Langobardorum gente dignatū est; ut nunc vos suademini, quod avertat Dominus, eidem horibili genti (*eadem horribili gente*) pollui.

(1) *Leprosorum genus oriri certum est.* In questo fatto, sebbene falso, prestavano tutta la lor fede i Romani del 770, e con essi forse anche Stefano III.°; errore, intorno a cui non posso che ripetere i detti del Manzoni [1]. Qual popolo non concepisce di tratto in tratto alcuni pregiudizj, e non isparge alquante calunnie contro un altro? I Franchi avevano il proverbio contro a'Visigoti: » *Gothorum est pavere* ». Donde nacque la parola *Cagot*, ossia *Canis Gothus*, della quale altrove favellai [2].

1 Manzoni, Discorso dopo l'Adelchi Cap. II. §. 4.

2 *Vedi* Cod. diplomat. Longobardo, IV. 51.

ITAQUE nullus ex terrae (*externae*) gentis assumpta conjuge, innoxius perseveravit. Advertite, quaeso, quanti qualesque potentes per alienigena conjugia, a praeceptis Dei declinantes, et suarum sequentes uxorum aligenae gentes (*alienigenae gentis*) voluntatem, validis inrepti excessibus, immensa pertulere discrimina. Impium enim est, ut vel penitus vestris ascendat cordibus alias accipere uxores super eas, quas primitus vos certum est accepisse. Non vobis convenit tale pagi (*peragere*) nefas, qui legem Dei tenetis, et alios, ne talia agant, corripitis. Haec quippe paganae gentes faciunt. Nam, absit hoc a vobis, qui perfecte estis Christiani, et gens sancta, atque regale estis sacerdotium; recordamini et considerate, quia oleo sancto uncti per manus Vicarii beati PETRI, coelesti benedictione estis sanctificati, et cavendum vobis est, ne tantis reatibus implicemini.

MEMENTOTE hoc, praecellentissimi filii, quod sanctae recordationis praedecessor noster Dominus STEPHANUS Papa, excellentissimae memoriae genitorem vestrum obtestavit (*obtestatus est*), ut nequaquam psumpsisset didimitte (*praesumeret dimittere*) Dominam, et genetricem vestram, et ipse, sicut revera Christianissimus Rex, ejus salutiferis obtemperavit monitis.

NAM et illud Excellentiam vestram oportet memiuere (*meminisse*); ita vos B. PETRO, et praefato Vicario ejus, vel ejus successoribus spopondisse, se amicis nostris amicos esse, et se inimicis inimicos, sicut et nos in eadem sponsione firmiter dinoscimur permanere, et quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis, et cum nostris inimicis conjunctionem facere vultis, dum ipsa *perjura* LANGOBARDORUM *gens* semper Ecclesiam Dei expugnantes, et hanc nostram ROMANORUM provinciam invadentes, nostri esse comprobantur inimici?

Itaque et hoc peto, ad vestri (*vestram*) referre studete memoriam, eo quod dum Constantinus Imperator nitebatur persuadere, sanctae memoriae mitissimum vestrum genitorem (*mitissimo vestro genitori*), ad accipiendum conjugio filii sui germanam vestram, nobilissimam Ginsilam, neque vos aliae nationi licere copulari, sed nec contra voluntatem Apostolicae Sedis pontificum, quoque (*quoquo*) modo vos audere page (*peragere*): et quam ob causam nunc contra Apostolica mandata, et voluntatem Vicarii Apostolorum principis agere conamini, quod numquam vester Pater perpetravit? An nescitis quod non infelicitatem nostram, sed B. Petrum, cujus, licet immeriti, vices gerimus, spernitis? Scriptum est enim (*Matth. 10. Luc. 10*): » Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit; me » spernit ».

Recordamini peto, excellentissimi filii, quomodo vos fide (*fideliter?*) dicere visus est praelatus (*praefatus*) vester Domnus ac genitor, promittens in vestris animalibus (*animabus*) Deo et B. Petro, atque ejus Vicario antefato, sanctae recordationis, praedecessori nostro, Domno Stephano Papae, firmiter debere vos permanere, erga Sanctae Ecclesiae fidelitatem, et omnium Apostolicae sedis Pontificum obedientiam, et inlibatam charitatem, et postmodum praedecessori nostro Domno Paulo Papae, eadem vos, una cum eodem vestro genitore, certum est plerumque pmissus (*per Missos*), et scripta promisisse, et post decessum antefati, sanctae memoriae, patris vestri, et vos ipsi saepius tam per *vestros Missos*, quamque per litteras, simulque et per Sergium, fidelissimum nostrum *Nomenculatorem*, et per alios *nostros Missos* nobis spopondistis, in eodem (*eadem*) vos promissiones (*promissione*) vestra, sicut genitor vester, circa sanctam Dei Ecclesiam, et nostram fidelitatem, esse perseveraturos.

Sed et illud quaeso ad vestri (*vestram*) referte memoriam, qualiter vos praelatus (*praefatus*) Dominus Stephanus Papa, in suo transitu, per sua scripta, sub terribili adjuratione, adhortari studuit, firma stabilitate vos esse permansuros, erga dilectionem Sanctae Dei Ecclesiae, et illibatam charitatem Apostolicae Sedis Pontificum; et omnia vos adimplere, juxta vestram eidem Dei Apostolo adhibitam sponsionem, et nunc (*ubi?*) ista est vestra promissio (?). O quantum laborem sustinuit isdem praecipuus ac beatissimus Pontifex, *qui ita imbecillis existens, tanto se exhibuit prolixi itineris periculo*, et nisi Dominus praesto fuerit, in vacuum ejus labor deducetur fietq; nobis iter, illud, quod ibidem idem noster predecessor Franciam properavit, in magnam ruinam, dum nostri inimici plus nunc, quam pridem, in superbiae ferocitatem elevati sunt; et ecce, quod verebamur, evenire cernimus, conversaque est nostra laetitia in luctum, et facta sunt novissima mala pejora prioribus, et unde expectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebrae.

Quapropter et B. Petrus princeps Apostolorum, cui regni coelorum claves a Domino Deo traditae sunt, et coelo ac terra ligandi solvendique concessa est potestas, firmiter Excellentiam vestram, per nostram infelicitatem, obtestatur, simulqne et nos *una cum omnibus Episcopis, praesbiteris, et caeteris sacerdotibus, atque cunctis proceribus, et clero sanctae nostrae Ecclesiae; Abbatibus etiam, et universis religiosis, divino cultui deditis*, seu optimatibus et judicibus vel cuncto nostro Romanorum istius provinciae populo, snb divini judicii obtestatione vos adoramus (*adjuramus*), per Deum vivum et verum, qui est judex vivorum et mortuorum, et per ejus ineffabilem divinae majestatis potentiam, atque per tremendum futuri judicii diem, ubi omnes principes et potestates, et

cunctum humanum genus, cum tremore assistere habebimus, nec non et per omnia divina mysteria, et sacratissimum corpus B. PETRI, ut nullo modo quisquam de vestra fraternitate praesumat filiam jam dicti DESIDERII LANGOBARDORUM Regis in conjugium accipere.

Et neque a me, neque ab heredibus meis aliquando presens haec cartula *offersionis* meae posse disrumpi; sed omni....in predicto ordine in ipsa Dei Ecclesia firmiter permaneat.

Et pro confirmatione Rachiprandum Clericum scribere rogavi.

Actum Luca.

Signum ✝ manus Racculi Clerici qui hanc cartulam fieri rogavit.

✝ Ego Osprandus Diaconus, rogatus a Racculo Clerico, in hanc cartulam me teste subscripsi.

(*Seguono,* dice il Bertini, *altri testimoni*).

✝ Ego Rachiprandus Clericus post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCCXLIX.

Rachiprando, Rettore di Santa Maria in Sesto, *promette all' anzidetto Raccolo di rilasciargli l' usofrutto, durante la vita di lui, su' beni offerti da esso Rachiprando.*

Anno 772. Gennaro 9.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege, et filio ejus dn. nostro Adelchis rege, anno regni eorum *quintodecimo*, et *tertio decimo*, quinto idus mensis januarii, per inditione decimam.

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall' Archivio Arciv. di Lucca (* A. 6).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 76.

Repromitto et manu meam facio ego Rachiprandus presb. rector Ecclesie beate S. Marie site in Sexto tibi Racchulo cler. filio qd. Barucciolі, ut non abeam ego licentiam, nec successores mei dum advixeris, subtraere tibi usufructum de rebus illis, quas tu per aliam cartulam offeruisti in suprascripta Dei Eccles. neque de ipsa casa vel re te, nec homines tuos foris expellere possamus.

Nisi tantum dum vita tua fuerit usumfructuandi et regendi vel gubernandi ipsa res in tua sit potestatem tantum, et de ipso usufructu *pro anime tue remedio* despensando.

Et si ego qs. Rachiprandus presbiter vel successoribus meis tibi Racchulo clerico, dum tu vixeris, in aliquod de ipso usumfructum de ipsis rebus subtraxerimus per quodlibet ingenium, aut de ipsa casa vel re, dum tu vixeris, te vel homines tuos foris expellere presumserimus: spondeo me cum successoribus meis componere tibi post hanc cartulam ostensam de ipso usumfructum; quae tibi subtraxerimus *in duplo*; et insuper hanc cartula, dum vita tua fuerit, in sua permaneat firmitatem. Post vero decessum tuum nanis (*sic*) et vacua appareat, et nullum in se abeat rovore.

Et pro confirmatione Rachiprandum cler. scribere rogavi.

Actum Luca feliciter.

† Ego Rachiprandus presb. in hanc cartula a me facta, sicut supra legitur manu mea subs.

† Ego Osprandus diac. rogatus

† Ego Warnipertus cler. rogatus

† Ego Moderichu filiu Davit rogatus

† Ego Saxo indignus presb. rogatus

Signum † ms. Florini cler. filii qd. Floriperti testis

NUMERO DCCCCL.

Landefredo dona il Casale di Pantanula *in Sabina al Monastero di Farfa.*

Anno 772. Febbraio (verso gli ultimi giorni).

(Dal Num. 96. del Gran Registro di Farfa: Carta inedita).

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Xristi.

Regnantibus dominis nostris Desiderio et Adelchi filio ejus piissimis regibus, anno regni eorum deo propitio XVI et XIIII. (*No: in Febbraio era XIII*). Sed et temporibus Domini Theodicii gloriosi ducis ducatus Spoletani mense februarii per Indictionem X.

Ideo constat me Landefredum filium cujusdam Landemaris considerantem Dei memoriam et humanae fragilitatis excessus *pro mercede et absolutione animae meae donasse* tradidisse atque concessisse in monasterium sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae quod situm est in territorio Sabinensi loco qui dicitur Acutianus, vel tibi qui presens es, vir venerabilis Probate abbas, vel successoribus tuis seu cunctae congregationi ejusdem sancti monasterii ipsum *Casalem* nostrum qui dicitur Pantanula, qui mihi contingit de meo conquisito ab Aimone et Anserada: omnia in integrum tam casas *domnicatas* quam *massaricias* vineas prata hortos silvas pascua.

In tali vero tenore *donamus* atque cedimus *ut usufructuario* diebus vitae nostrae in nostra sit potestate, non vendendi nec *donandi* neque commutandi, nec per ullum ingenium suptrahendi: sed cultandi, laborandi et meliorandi. Post meum vero discessum omnia in integrum in ipso sancto monasterio deveniant possidenda. Et nec ego neque ullus parentum meorum, aut aliquis homo vel

quaelibet persona habeat licentiam contra hanc cartam a me factam ire, aut suptrahere de isto sancto monasterio.

Et si ego per me aut per quamlibet appositam personam praesumpsero, perdam ipsas res quas mihi *usufructuare* reservavi, et suprascriptus *Casalis* in integrum remaneat in isto sancto monasterio. Et si aliquis ex meis parentibus vel quaelibet persona hominum suptrahere voluerit incurrat in iram Dei et Beatae Mariae ipsius genitricis; et cum Juda traditore habeat portionem. Quatinus ab hac die firma et stabilis in isto sancto monasterio sit nostra *donatio*. Et nullo mihi in tempore liceat quod semel volui nolle, sed in perpetuis temporibus firmissime permaneat.

Actum *in suprascripto* sancto Monasterio mense et indictione suprascripta feliciter.

† Ego Landifredus in hac carta *donationis* a me facta manu mea subscripsi

† Ego Aredius rogatus a Landifredo manu mea subscripsi

† Ego Fulcoaldus rogatus a Landifredo manu mea subscripsi

† Ego Hebremundus rogatus a Landifredo manu mea subscripsi

† Ego Guideradus notarius scriptor hujus cartae post testium roborationem complevi et dedi.

NUMERO DCCCCLI.

*L'*esercitale *Gundifredo concede in enfiteusi ad Auderado alcuni fondi urbani e rustici, nel luogo detto* Giuncarico, *territorio di Roselle in Maremma.*

ANNO 772. Marzo.

(Dal Brunetti (1)).

† IN dei nom̄ regnantibus domnis hac piiss, dn̄ DESIDERIO et ADELCHIS regibus

2. anno regni eorum *sextodecimo* et *tertiodecimo* mense martio per Ind, decima

3. Consta me GUNDIFRIDI v̄d filio qd̄ TUTI *exercitalis* CLUSINE civitatis hac d, (*die*)

4. firmasse et firmavi te AUDERADO filio QUERINI in medietale de casa genituri

5. tuo que havire visu sum ROSELL, trans fluvio UMBRONE ubi dicitur JUNCARICO cum

6. vineis terris silvis pascuis cultu et incultu: seo semoventibus intrinsecus curte

7. *ramen* ferro peculis omnia et ex omnibus quantum ad ipsa medietate de s̄sta casa qui mihi

8. *da* PERTINGO consobrino meo in partem advinet in tali viro tenure ut tam tu q̄s AUDERADO quam

---

(1) Il Brunetti [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Diplomatico di Firenze, senza dire, che questa è la Pergamena Num. 19. di Monte Amiata. Carta stampata già dianzi dal Pizzetti [2], che vi fece giudiziose considerazioni sopra, ed illustrò la situazione di que' luoghi, descrivendo le qualità dell' agricoltura nell' ottavo secolo.

1 Brunetti, Cod. Dipl. Toscano, I. 623. (A. 1806).
2 Pizzetti, Antich. Toscane, I. 299. (A. 1789).

9. eridis tui mihi jamdicto GUNTIFRIDI quam ad eridis meus per unumquequem annos persolvere diveatis

10. ividem infra loco tertia ebdomada tam *ad mano* quam et cum boves et traere novis (*nobis*) domnico

11. in istate quando tempus fuerit ad civitate dece modia sale et qued menime fieri non credo ego GUDI-FRIDI

12. vel meus eridis tibi AUDERADO vel ad tuis eridis amplius superimposuerimus quam supra decrivi et exin-

13. de de ipsa casa vel ris expellerimus alii, cognuscentis deo timentis homenis quodnam fuerit culpa tunc

14. spundeo mi ego GUNDIFRIDI una cum meus eridis tibi AUDERADO vel ad tuos eridis ut det vobis parte de ris movi-

15. le secundum usu istius ROSELL, et in super conpunamus vobis sol, viginti: unde spondeo mi ego AUDE-RADO una

16. cum meus eridis tibi GUNTIFRIDI vel ad tuus cridis in ssta casa tua non residderimus et vobis angaria vel *sa*-

17. le non traerimus omnia qual, superius decrivistis non persolveremu: aut de ipsa casa egressi fuerimu seo ali-

18. uve inavitaverimus: per nas supervia al, cognuscentis dei timentis homenis quodnam fuerit culpa tunc spundeo me ego AUDE-

19. RADO una cum meus eridis tibi GUNTIFRIDI vel ad tuos cridis ut exeamus inanus et vacuus de ipsa ris ubi me superius

20. confirmasti sed insuper compunamus vobis sol, viginti: unde due carte TRASIMUNDI pbr amico nostro scri-*vere* rogavimus

21. ACT, ROSELL, ad sco DONATO mense et regnum *ed* Ind, ssta feliciter

22. Sign + m GUNTIFRID vd *firmaturi* et *conserbaturi* qui hanc cartul, fieri rogavet

23. Sign + m AUDERADI *repromissuri* et *conserbaturi* Sign + m KAROLI vd testis sign + m MUZZIULI act vd testis

24. + Ego ALVARTU vv pbro rogatus ad GUNTIFRIT et TEOTEUPERTU me testis subscripsit

25. Ego TRASIMUNDUS indignus pbr postradita conplevi et dedit.

NUMERO DCCCCLII.

Altra enfiteusi conceduta dallo stesso Guntifrido in Giuncarico *a Teudiperto.*

ANNO 772. Marzo.

(Dal Brunetti (1)).

+ IN di nom regnantibus domnis hac piiss, domno DESIDER, et ADELCHIS regibus anno regni cor, *sexto decimo* et *tertiodecimo*

2. mense martio p Ind, decima Consta me GUNTIFRIDI vd filio qd TUTJ *exercitalis* CLUSINE civitatis hac d, (*die*) firmasse et firma–

3. vi te TEUDIPT *homo livero* In casa quem havire visu sum ROSELL, tran fluvio OMBRONE ubi dicitur JUNCARICO ubi resedit qd

4. PTULO com omnia et ex omnibus ad ipsa casa ptenentem qual, ipse PERTULUS ad suas havuet manus in tali viro tenure

(1) Il Brunetti [1] stampò questa Carta *Originale* dall'Archivio Diplomatico Fiorentino. È la 20.ª delle Pergamene Amiatine.

1 Brunetti, *loc. cit.* pag. 625.

5. ut tam tu TEUDIP quam eridis tuus mihi jamditto GUNTIFRIDI quam ad eridibus meis p unumquemque annos p–

6. solvere diveas ividem infra loco, tertia ebdomada tam *ad mano* quam et cum boves et tracre nobis ad *citate* de dom–

7. nico in istate quando tempus fuerit dece modia sale et quod menime fieri non credo si forsitans de psona tua tu ante–

8. dicto TEUDIP alterius ut tenea apparueret. hanc supnom (*supernominata*) ris meas in mea reservo potestate et si in visa livertate pmanseret

9. ego GUNDIFRIDI vel meus eridis. tibi TEUDIPT vel ad tuos eridis amplius supinposuerimus. quam supra decrivi et exinde

10. de ipsa casa vel ris expellerimus alii cognuscentis do timentis homenis quodna fuerit culpa tunc spundeo mi ego CUN–

11. TEFRIT una cum meus eridis tibi TEUDIPT si *liver* fuerit aut ad tuos filio ut det vobis, parte de ris movile secund, usu loci is–

12. stius ROSELL, et insup conpunamus vobis sol, viginti: unde spundeo mi ego TEUDIPT una cu meus filios tibi CUNTIFRIDI vel ad

13. tuos eridis. in si in sta casa tua non residderimus et vobis angaria vel ipso sale non traerimus omnia qual, superius de–

14 crivistis non psolveremus aut de ipsa casa egressi fuerimus et alivue inavitaverimus p na supvia alj cognuscentis

15. do timentis homenis quodna fuerit culpa. tunc spundeo mi ego TEUDIPT una cum meus eridis tibi CUNTEFRIDI vel ad

16. tuus cridis ut exeamus inanus et vacuus de ipsa ris ubi me superius confirmastis et insup compunamus vobis sol, viginti

17. unde due carte TRASIMUNDO pbro amico no scrivere rogavimus ACT ROSELL, ad sco DONATO mense et regnu et Ind, ssta fel,

18. Signu ✝ m GUNTIFRIDI vd *firmaturi* et *conserbaturi* qui han cartul, fieri rogavet

19. Signu ✝ m TEUDIPT *repropromissuri* et *conserbaturi* signu ✝ m ICAROLI vd testis signu ✝ m MUZZIULI act vd testis

20. ✝ ego ALVARTU vv pbro rogatus ad GUNTIFRIT et TEVUIPTU in ac cartula me testis subscripsit

21. Ego TRASIMUND, indignus pbr post tradita complevi et emisit

NUMERO DCCCCLIII.

Ubaldino di Rieti si dedica a Dio e dona i suoi averi al Monastero di Farfa.

ANNO 772. Marzo.

(Dal Fatteschi (1)).

IN NOM. D. D. S. N. J. X.

REGNANTIB. domnis nostris DESIDERIO et ADELCHISIO pijss. regib. Anno regni eorum deo propitio XVI. et XIII. sed et temporib. domni THEODICII gloriosi ducis ducatus SPOLETANI. Mense Martij per Indiction. X.

EGO UBALDINUS fil. gsd. (*cujusdam*) RODONI spontanea voluntate mea offero me cum omni substantia mea in Mona-

---

(1) Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 273; dal Num. 90. del Gran Registro di Farfa.

sterio S. MARIAE in ACUTIANO ubi et PROBATUS Abb. esse videtur. et casas vineas terras silvas ut debeam servire in Casa S. MARIAE sicut alij confratres faciunt de ipso Monast. et usque dum advixero in Cella S. MARIAE in SEPTEPONTIO permaneam quae pertinet ad vestrum Monast.

SIC tamen ut vestimenta et calceamenta de Monast. S. MARIAE habeam sicut alij fratres.

(*Segue la conclusione*, *omessa dal Fatteschi*).

ET si ego qui supra UBALDINUS quoquo tempore me de ipso Monasterio subtrahere quaesiero, vel meam substantiam per superbiam meam aut per appositam personam quocumque argumento ingenii auferre voluero, componam in ipso Monasterio auri solidos XX. et cartula ista in sua permaneat firmitate (1).

ACTUM in REATE.

† Sign. man. UBALDINI qui hanc cartam fieri rogavit.

† Ego PANDO *vir illustris* rogatus ab UBALDINO manu mea ss.

† Ego PAULUS *gasindius* rogatus ab UBALDINO manu mea propria testem me ss.

† Ego TEUFANIUS rogatus ab UBALDINO test. me ss.

Sign. † manus FRATELLI fil. gsd. AUVALDI test.

Ego STEPHANUS Notar. scriptor hujus cartae post testium roborationem complevi et dedi.

---

(1) Tardi m'accorsi, e quando io doveva partir di Roma, che il Fatteschi omette volentieri alcune parti de' suoi documenti, le quali non si riferiscono a' punti da lui trattati. Nè potei sempre copiar di mia mano sì fatti Documenti.

NUMERO DCCCCLIV.

Particella d' un giudicato dell' 843 intorno ad una donazione fatta dal Prete Liminone all' Ospedale di S. Cassiano nell'

ANNO 772. Marzo 4.

(Dal Lupi (1)).

CARTOLAM verum LIMINONI presbitero legebatur in eadem sicut ipsi aserebant eo quod sicut ipsius LIMINONI presbitero avenerunt per ipsum preceptum RATTECHISI regi (2) sic his omnibus casis vel rebus condonavit et concessit ad ipso sancto *Senodochio* S. CASSIANI in ea videlicet ratione ut quandocumque germani ipsius LIMINONI presbitero ad divisionem venissent de ipsis casis vel rebus nullatenus exinde divisionem accepissent set ex integrum in ipso Sancto *Senodochio* in perpetuum permansissent *pro remedio anime* ipsius LIMINONI presbitero.

ERAT scripta *per mano* WALDONI presbitero tempore DESIDERII et ADELGHISI regis annis regni eorum *sextodecimo* et *tertiodecimo* quarto die *intrante* mense Marcio per Ind. decima.

(1) Lupi, Cod. Diplom. Bergom. I. 509. (A. 1784): dall'Archivio della Cattedrale di Bergamo, Fascic. 15. Cancell. B.

(2) *Preceptum Rattechisi regi.* Di questo precetto del Re Rachis al Prete Liminone *Vedi* prec. Num. 609, sotto il 7 Luglio 747.

NUMERO DCCCCLV.

Rachiprando, Rettore di Santa Maria in Sesto, *fa una permuta di fondi con Teudiperto.*

ANNO 772. Marzo 30.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, et filio ejus dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni eorum *sextodecimo*, et *tertiodecimo*, tertio kal. aprilis, per Indit. Decimam.

MANIFESTUM est mihi TEUDIPERTO filio b. m. LUCIFI, quia convenit inter me et te RACHIPRANDUM presbiterum rectorem Eccl. beate S. MARIAE sitae in SEXTO, ut inter nos cambium de aliquanta vinea facere deberimus: et per hanc cartulam do ego tibi *in viganium* duas *petias* de vinea mea in loco CEULE; et est tenente ambo capita una de ipsis *petiis* in vinea de filiis b. m. RICHIPRANDI, et uno latere in vinea praenominatae Eccl. alio quoque latere in vinea de filiis qd. RACHIPERTI.

ET illa alia *petia* est tenente capite uno in terra ipsius Eccl. et alio capite in suprascripta vinea, latere enim uno est tenente in vinea ejusdem Eccl. alio vero in vinea de filiis ipsius RACHIPERTI: ambae ipsae *petiae* sunt per mensuram plus minus *sistariorum* viginti.

ET recepi a te per consensum venerabili dn. PEREDEI in Dei nom. Episc. in cambium duas *petiolas* de vinea suprascripte Eccl. in loco TORCLARE, et per *offersionis* cartulam ipsas vineas dedit in potestate ipsius Eccl. WIL-

(1) Il Barsocchini [1] pubblicò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (✝✝ N. 35).

1 Barsocchini, *loc. cit.*, pag. 77.

L....LUS, et sunt ambae ipsae *petiae* admembratae in vinea nostra, una cum ipso *virgario* praedicte Eccl. quantum infra ipsam *clausuram* nostram WILLEBRADULUS abuit: et ipsae vinae sunt per mensuram plus minus *sistariorum* decem et octo. Ita vero ut haec *vigania* inter nos omni in tempore, sicut superius leguntur, permaneant: et melioratum cambium dedi quam recepissem: et una cum arboribus suis in prefinito.

UNDE repromitto ego q. s. TEUDIPERTUS una cum meis heredibus tibi RACHIPRANDO presb. vel successoribus tuis, ut si nos vobis ipsam rem, quam tibi in cambium dedi, intentionaverimus, aut retragi quesierimus: spondeo cum meis heredibus tibi et successoribus tuis componere eam vobis *duplum*, infer quidem (*in ferquidi*) loco sub extimatione, cum quo tunc fuerit.

ET duas cartulas prope unum tenorem conscriptas AUSTRIPERTUM presbiterum scribere rogavimus. Nisi si ab alio homine defendere non potuerimus nos vobis ipsam rem, vos in ipsam rem vestram quam nobis dedistis, intrare debeatis, sed sic tamen absque omni conludio.

ACTUM LUCA.

† Ego TEUDIPERTU in anc pagina ad me facta manu mea subs.

Signum † ms. PRANDULI filii qd. RADUALDI testis

Signum † ms. CHEIFRIDI filii qd. AUDACIS de BRANCALO testis

Signum † ms. STABILIS filii CAUSULI testis

Signum † ms. ARIPALDI filii qd. GHERIPALDI cler. testis

Signum † ms. COFFULI cler. filii CAUSULI de SUBGROMINIO testis

† Ego AUSTRIPERTUS presb. post tradita *ec.*

NUMERO DCCCCLVI.

Autolo, Clerico del Vico Turrite, *offre se stesso ed i suoi averi alla Chiesa di* S. Cassiano *di* Torrite.

ANNO 772. Aprile 2.

(Dal Barsocchini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE domni nostri DESIDERIUS et ADELCHIS regibus, anno regni eorum 16 (XVI) et 13 (XIII) alia die post kal. aprilis, indict. 10. (X) feliciter.

EGO AUTULU vir religiosus cler. filio qd. BONUALDI de Vico TURRITE basilice S. CASSIANI, sita in loco qui vocitatur AD BASILICA finibus CASTRI NOVI perpet. salutem disset. Offero Deo, et B. S. CASSIANI per locas meas, et omnia res mea quantum avere visus sum in omni loco, qui mihi ligibus pertenit, tam casa havitationis mee, uvi cummanire visus sum, cum terris vineis silvis castanietis pratis pascuis cultum vel incultum, movile vel immovile seu semoventibus, seu et case *massaricie* cum omnem adiacentia sua ad ipse case pertenente; omnia, et in omnibus quidquid ad me pertenet, tibi de Basilica in integrum offerire videor.

IN tale viro tinore repromitto una cum meis eridis, quem nunquam nullo tempore aveamus potestatem de ipsa jam dicta res nec vendendi, nec *donandi*, nec in alia Eccl. faciendi, nec ad nus per nullo ingenio alienandi, set qualiter ad me offertum est omni tempore stavile permaneat.

ET nulli liceat nolle, quod semel volui.

---

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dell'Archivio Arcivescovile di Lucca, († P. 23).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 78.

Et pro confermationem **Willerad** *scrivere* tradedi.
Actum ad Eccl. S. Cassiani factum feliciter.
Signum ✝ ms. Autuli cl. qui hanc cartula *ec.*
✝ Ego Toto rogatus *ec.*
✝ Ego Teupert presb. rogatus *ec.*
✝ Ego Cospulo cler. rogatus *ec.*

NUMERO DCCCCLVII.

Barutta, Clerico di Brancoli, *offre alcuni fondi alla Chiesa di* San Giorgio *di* Generiano *o* Cignano.

Anno 772. Aprile 3.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio et Adelchis regibus, anno regni eorum *sextodecimo* et *tertiodecimo*, tertio die post kal. aprilis, inditione decima feliciter.

Barutta cler. filio qd. Barucci *havitature* in loco qui dicitur Brancalu perp. salutem. Vite tempore et mortis Onnipotens Dominus sue reservavit notitie; hoc enim ante quam nus repentinu observeat mortis divemus dispensare, qualiter anime nostre medillam adquirat.

Unde ego qui supra Barutta cler. volo, et per hanc paginam tradere offerrere videor Deo et tibi Eccl. S. Georgi, ubi Deusdede presb. rector esse videtur, sito in loco qui dicitur Generiano, duas *petias* de terra mea quem avire videor...... prope suprascripta Eccl. qui est una de ipse *petie* vites superposita, et est *uno capo* tenente in vinea de filii qd. Tutduli, alio *capo tene* in vinea

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arciv. di Lucca (✝ N. 57).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 79.

Rotpert; et uno latere et alio latere tenet in vinea de suprascripta Eccl. qui *da* me et *da* germani mei *in viganium* abvinet.

Ille alia *petia* est *uno capo* tenente in vinea mea et de germani mei, alio *capo* tenet in ipsa vinea, qui *da* me et *da* germani mei *in viganium* obvinet, uno latere tenente in terra Rotpert et de consobrini ejus, alio latere *tene* in terra Pranduli *Gastaldo*. Suprascripta terra ambas *petias* comodo circundate sunt cum arboribus qui interesse videtur, tibi predicta Dei Eccl. offerere videor in integrum, ut ab hodierna die in tua predicta Dei Eccl. vel de custos qui inivi rector esse videtur, sit potestatem; quia propter Dei timorem et *remedium anime mee* taliter esse constituo.

Et pro confirmatione Saxu *iscrivere* rogavi.

Actum Luca.

Signum † ms. Barutte cler. qui hanc paginam *ec.*

Signum † ms. Waluprand filio b. m. Radualb testis

Signum † ms. Fuscio filio qd......

Signum † ms. Cheifrid filio qd. Audaci test.

† Ego Saxu post tradita *ec.*

NUMERO DCCCCLVIII.

Il Pontefice Adriano II.° concede al Monastero di Farfa

Anno 772. Aprile 22.

(Dal Galletti (1)).

Adrianus episcopus servus servorum dei.

Probato religioso Deo amabili abbati venerabilis mona-

(1) Il Galletti [1] ristampò con maggior diligenza questa Carta,

[1] Galletti, Vestarario, pag. 25. (A. 1758).

steri sancte Dei genitricis semperque virginis MARIE domine nostre siti territorio SABINENSI et per eum in eodem venerabili monasterio in perpetuum.

CUM maxima nobis sollicitudinis cura insistit solertia atque efficaci studio erga diversa sanctorum loca sollicitudinem gerendi et indeficienter precogitandi *ne in rebus vel possessionibus* atque ceteris eis pertinentibus utilitatum stipendiis aliquando commoditatis jactura per quarundam insurgentium causarnm eventus quoquomodo inferatur iccirco congrua nos procul dubio considerationis censura convenit eorum salutis integritatem procurare et omnes que cunctis retro temporibus superevenerint causas justitiae telo abscidi atque sub aequitatis intuitu deffiuiri ut ex hoc et eorumdem venerabilium locorum maxime in quibus multitudo congregationum servorum Dei monachorum consistens sedulas redemptori nostro referre videntur laudes stabilitatis integritas proficiat nobisque ob hujus pii operis quod gerimus studium copiosa in sidereis actibus a rerum omnium opifice domino Deo nostro ascribatur remuneratio.

IDEO constat Deo amabilem religiositatem tuam nobis intimasse plura incommoditatis damna vestrum prelatum venerabile monasterium in suis utique utilitatibus in eo quod plures, ac diversi nefarii homines NOSTRE ROMANORUM REIPUBLICE tam per furta quamque per alias perversas operationes plura mala eidem sancto ingerere noscuntur monasterio.

---

dal Num. 99. del Gran Registro Farfense. Carta già fatta pubblica dal Margarini [1]: lodata poi dal Mabillon [2] e ripubblicata dal Muratori [3], uomini sommi.

1 Margarini, Bullar. Casinens. II. 15. Lib. XXIV. §. 42. (A. 1670).
2 Mabillon, Ann. Benedictini, Constitut. XVI. (A. 1704).
3 Muratori, S. R. Ital. Tom. II. Part. II. Col. 346. (A. 1726).

Unde crebro a tua religiositate nobis hac de re interpellatio facta est ut nostro intuitu earumdem causarum merita perpendens vestro studeremus monasterio *justitiam faciendi* (1).

Quod quidem nos diversis super ingruentibus causis ex omni parte preoccupati nequaquam continuo in vestris decidendis causis nostrum accommodare valuimus auditum. Pro quo laboriosae tuae religiositati vel directis a te monachis utile esse videtur dum dilationis mora ad easdem *vestras decidendas causas* provenire.

Et ecce obnixe nos religiosissime Dei cultor dignosceris poposcisse ut ex nostri persona studuissemus *aderari* qui sine nostra inquietudine easdem *vestras causas* suptiliter perscrutare vobisque *justitias facere* deberet.

Quod quidem libentissime tue religiositatis precibus annuentes id quod a te expetitum est effectui mancipavimus constituentes ex nostri persona Miccionem *Notarium Regionarium et Priorem Vestiarii* sancte ecclesie atque ejus omnes successores apostolice sedis *Vestiarii Priores* ut quoties quecumque causa vestro monasterio accesserit confestim *ad eos omni in tempore monachi* atque missi ipsius monasterii adveniant *suasque illis referant causas* et ab ipsis *Prioribus Vestiarii proprias justitias* recipiant.

Unde ecce auctoritate beati Petri principis apostolorum cujus licet immeriti Deo tamen dignante vices gerimus ita decernentes sancimus ut odatus (*laudatus?*) fidelissimus noster

---

(1) *Iustitiam faciendi.* Non era il Monastero di Farfa compreso nel Regno Longobardo? Sì, certamente, sebbene si trattasse nell'estremo confine del Ducato Romano. Ma quel Monastero aveva possessioni e cause contro uomini di questo Ducato, senza parlare degli affari Ecclesiastici che si doveano trattare in Roma. *Vedi* la seguente *Osservazione*.

Miccio *Prior Vestiarii* vel omnis qui pro tempore post ejus discessum *Priores Vestiarii* extiterint licentiam habeant potestative distinguendi tam ecclesiasticam personam quamque ex militia existentem vel etiam famulum ecclesie aut servum cujusquam sive ex civitate Romana seu de diversis ceteris locis et civitatibus istius nostre Romane reipublice sive ut dictum est liber sive servus fuerit et de presenti absque qualibet anteposita occasione ipse *Prior Vestiarii* qui in tempore fuerit sine inquietudinis molestia beatissimorum pontificum qui in tempore apostolatus culmen gesserint *plenarias justitias* tam de furtis quam de aliis super accidentibus causis partis monasterii vestri sancte Dei genitricis perpetuis temporibus usque in finem seculi studeant.

Et quodcumque ab eisdem *Prioribus Vestiarii* pro ejusdem vestri monasterii *perficiendis justitiis* definitum fuerit irrefragabiliter persistat corroboratum. Hec vero que a nobis pro salute antefati venerabilis monasterii s. Dei genitricis semper virginis Marie domine nostre statuta sunt decernentes coram Deo vivo et ejus futuro judicio promulgamus firmiter permanenda et neque ullus successorum nostrorum pontificum vel alia quecumque magna parvaque persona cujuscumque sit dignitatis quoquo modo presumat contra haec quae a nobis statuta sunt penitus agere.

Sed neque prior vestiarii qui pro tempore fuerit neglectum ponere audeat ad faciendas eidem sancto monasterio *plenarias justitias*.

Nam si quis quod non optamus nefario temeritatis ausu presumpserit hec omnia a nobis statuta atque confirmata refragare vel in quoquam transgredi sciat se auctoritate beati Petri principis apostolorum anathematis vinculo esse innodatum et a regno Dei alienum atque cum

diabolo et omnibus impiis eterno incendio deputatum.

At vero qui observator istius nostri apostolici constituti extiterit divina protectione adjutus suorum veniam consequi delictorum et vitam mereatur adipisci eternam.

BENE VALETE:

Data X. Kal. Maii imperantibus domno nostro piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno LIII. et post consulatum ejus anno XXXIII. sed et Leone Magno imperatore ejus filio anno XXI. indictione X.

OSSERVAZIONE sulla natura politica di questa Bolla.

Il Monastero di Farfa s' abitava da non pochi Religiosi nati o nella Città di Roma o nella Provincia Romana. Costoro divenivano estranei da un lato a Roma, e dall'altro acquistavano il titolo di *Guargangi* nel Regno Longobardo; stranieri, cioè, obbligati di vivere a *Legge Longobarda*. E però *Guargango* era forse in Farfa nel 22 Aprile 772. lo stesso Abate Probato, che nacque in Sabina; ma non si sa se nella parte Longobarda o Romana della Sabina. *Guargangi* furono certamente i dieci Abati, suoi predecessori, che tutti vennero in Farfa dalle Gallie o dalla Morienna. Or chi potrà negare, che i *Guargangi* per l' Editto di Rotari dovesser vivere a *Legge Longobarda ?* E però un Monastero del Regno Longobardo non potea vivere in altra guisa, perchè rappresentato civilmente dal suo Abate, al quale riusciva impossibile di non essere nato Longobardo, o di non essersi *Longobardizzato* nell'una e nell'altra delle due qualità o di *Guargango*, o d'uomo del sangue di que'Romani, che furono vinti da' Longobardi. Or sia stato qualunque la condizione dell' Abate, secondo ch' e' nacque nella Sabina Romana o nella Longobarda, egli è certo, che in tutti gli Atti Farfensi fin qui riferiti nel presente Codice, Probato ed il Monastero di Farfa vissero a *Legge Longobarda*: ma, se vollero avere possessioni e cause in Roma e nella Provincia Romana, il dritto

internazionale si mutava, ed i Farfensi doveano vivere a *Legge Romana.*

Se un Monaco Farfense fosse stato ucciso in Roma da un Romano, l'omicida non si puniva col pagamento del *guidrigildo*, come udimmo da Valcriano Prete nel prec. Num. 944, ma il *Priore del Vestiario*, dovea condannare a morte l'omicida Romano, secondo la Legge Cornelia, e far estimare i danni procedenti dal delitto, a norma degli usi e delle pratiche di Roma, per effetto della presente Bolla del 22 Aprile 772.

Gran maraviglia mi fece perciò il leggere in un recentissimo Libro, che solo i Monasteri del Regno Longobardo, fondati da un Longobardo, viver dovessero a *Legge Longobarda.* Farfa, per dirne un solo esempio, fu fondato dal Sirio Lorenzo in tempo de'Goti, e ristabilito dopo la sua caduta da Tommaso, nato non si sa se nelle Gallie od in Morienna, la quale non era posseduta da'Longobardi ma da' Franchi: poscia i dieci Abati da Tommaso fino a Probato vennero in Farfa dalle Gallie, vivendo tutti, come s'è detto, a *Legge Longobarda.*

Politica fu dunque la Bolla d'Adriano I.°, perchè stabiliva un dritto, che oggi da noi si chiamerebbe *internazionale*, in favore degli stranieri. Quali conseguenze procedano da essa in quanto al diffinire l'autorità del Pontefice nel 772 in Roma e l'udirsi da lui segnare gli anni degl'Imperatori Iconoclasti di Bizanzio, sarà questo uno degli argomenti da trattarsi nella mia Dissertazione *sul governo* di Roma nel 763.

Il Di Meo [1], seguitando alcuni suoi Computi prestabiliti, vorrebbe correggere nella Bolla gli anni de' due Imperatori Bizantini; del che a me non occorre il far motto in questo luogo.

1 Di Meo, Annali, III. 77.

NUMERO DCCCCLIX.

Cheidulo, *abitante di* Paterno Maggiore, *offre tutt'i suoi averi alla Chiesa di* S. Regolo in Gualdo, *vicino a Populonia*.

ANNO 772. Aprile.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN nomine Domini Dei et Salvatoris nostri J. XTI. REGNANTE domni nostri DESIDERIO et ADELCHIS regibus, anno regni eorum in Dei nomine *sextodecimo*......*mo*, mense aprilis, inditione decima.

IDEO consta me CHEIDULUS filii qd. DOMMULI *avitatoris* loco PATERNU MAJURE considerante nus...cide anime nostre, offero omnes res mea Deo et ad Eccl. beati S. REGULI, que sitam est loco GUALDO, ubi corpus ejus requiescit....jam dixi offero omnes res mea, tum casa avitationis cum fundamentis curte orto pratis olivetis terris cum arboribus....et in omnibus me pertenente cultum vel incultum offero Deo et ad Eccl. beati S. REGULI, unde in mea nulla reservo potestate....in mea reservo potestate quetque de ipsa judicare voluero tantum.

IN tali enim tinorem, ut per singulus annus exende reddere nus aut nustris heridis unum tremisse. Que summa ego CHEIDULUS repromitto si forsitans vendedero aut *donavero*, aut.....ipsa jam dicta res aut per qualivet ingenio argumenti da ipsa S. Dei Eccl. resuptrahere quesiero nus ipsi aut nostri herides, licentia sacerdo qui ividem ordinatus fueret, in ipsa res introire et reprendere, sicut eam per cartula venditionis.....

(1) Il Barsocchini [1] trovò questa Carta *Originale* nell'Archivio Arcivescovile di Lucca (* M. 60).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 78.

Quam viru cartula *offertionis* ego Autelmo presb. rogatus ad Cheidulu scripsi.

Actum locu Paternum....suprascripta feliciter.

Signum † ms. Cheiduli qui hanc cartulam *offertionis* fieri *ec.*

Signum † ms. Tuniperti filio......
Signum † ms. Alifret filii qd. Magnifret testis
Signum † ms. Tunifret filio qd. Magnifret
Signum † ms. Clarissimi filio qd. Gudepert....
Signum † ms. Mauri filio.......

† Ego Autelmus presb. pos tradita compl. et dedi

NUMERO DCCCCLX.

Fossiano di Massa Gonghi *offre se stesso ed i suoi averi alla Chiesa di* S. Giuliano.

Anno 772. Maggio.

(Dal Barsocchini (1)).

....Domini Desiderius et Adelghis viris excellentissimis regibus, anno regni eorum *sextodecimo*, et *tertio decimo*, mense magio, per inditione decima feliciter.

Ideoque ego Fossianu v. d. filio qd. Randuli de Massa Ghonghi....beati S. Juliani perpetuam salute.

Dudum soper isti foturi seculi avitarem meruerimus opor......de illa eterna vita quogitare, qui peccata ponderum nostrorum relevari possint : quia aliquem temsaurum non est similis ille.....qui bene meritum est avire vitam eternam.

Et ideoque ego predictu Fossianu v. d. offero me ipso Deo et tibi Ecclesie ipsius S. Juliani: una cum homnis parvitatis rebus mea : quem a jus meum pertenire videtor

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († H. 59).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 80.

tam devise: seo indevisa: mea portionem de rebus mea: tum de casa avitationis mee in suprascripto loco MASSA: cum sorte mea de finile seo de *sala* ubi istationem et palmento avire visi sumus: una cum solamenta et homnis edeficia sua: seo parte mea: de corte et ortu: terris vineis: olivetis selvis vergareis pratis pascuis cultum vel deserto arboribus fructefere: vel infructefere cum homnia res movilem vel immovilem: seo et semoventibus mea portionem: homnia et in omnibus ubique avire visum sum: tibi suprascripta Dei Santa vertutem tradere et offerire. visus sum homnia in integrum: ut hab ujus die aveas et possedeas: hec homnia ipsa res mea, qualiter ad me offertum est: in omni tempore: et nunquam a me.: vel heridis meis retraendum est: set homni in tempore hec mea *offersionem* sicut supra legitor firma et istavile: valeas permanire: et quis de heridis successoris meis: contra hanc pagina a me facta ire venire volueret: ipsa res retraendum aut molestandum qualiter a me offertum: tunc compona ad suprascripta Dei virtutem: vel vovis: WARNIPERTE et LAMPRANDE presbiteri: qui estis ejus rectoris: homnia in dopla, et melioratam ipsam res de quod agitor fer quidem (*in ferquidi*) suistimationem qualis tunc fuerint.

ET pro confirmatione FIRMITEU iscrivere rogavi,

ACTUM: ad Ecclesia ipsius S. JULIANI regnum et inditione suprascripta feliciter.

Signum † ms. FOSSIANI v. d. qui hanc pagina *offertionis* fieri rogavit

Signum † ms. NOTIONI v. d. filio qd. RADUALDI testis

Signum † ms. INSARI cler. filio qd. CICULI *da* porta S. PETRI testis

Signum † ms. PERTICAUSI *Sartori* testis

† Ego FIRMITEU iscriptor uius cartule post rovorata ad testibus tradita complevi et dedi

NUMERO DCCCCLXI.

Il Clerico Teupulo di Bolsiniana *lascia i suoi beni alla Chiesa di* S. Maria di Sesto.

ANNO 772. Giugno 8.

(Dal Barsocchini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, anno regni ejus *sextodecimo* ; et filio ejus idem dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni ejus *tertiodecimo*, sexto idus mense junii, per indictione decima.

MANIFESTUM est mihi TEUPULO clerico filio qd. SICHULI *havitaturi* in Vico ubi vocitatur BOLSINIANA, quia per hanc cartula offero Deo et tibi Eccl. B. S. MARIAE batismalis in SEXTO, ubi RACHIPRANDUS presb. rector esse videtur, parte mea de casa habitationis meae cum fundamento curte orto terris vineis pratis ec. castanietis cultum ec. mobilia vel ec. seu semoventibus omnia et in omnibus, ut dixi, meam portionem in ipsa Dei Eccl. vel de rectoribus ejus sit potestatem in integrum. Excepto parte mea de vinea quem habere visus sum in loco ubi vocitatur AD CAVE, quem volo ut habeant heredes mei ex omnibus rebus meis , et in hoc sint contenti sibi ; nam in alia omnia res mea in predicta Dei Eccl. sit in prefinito.

ET neque ad me, neque ab heredibus mei aliquando presens cartulam *offersio* meae posse disrumpi, sed omni in tempore debeat permanere.

ET pro confirmatione FILIPPUM cler. scribere rogavimus.

ACTUM LUCA.

(1) Il Barsocchini [1], ricavò questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († Q. 62).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 80.

NUMERO DCCCCLXII.

Donazione, che fanno i due Re, della Corte di Miliarina *e d'una terra di circa quattromila* jugeri *ne' territorj di Reggio, di Carpi e di Correggio alla loro figliuola e sorella Anselberga, Badessa di San Salvatore in Brescia.*

Anno 772. Giugno 14.

(Dal Margarini (1)).

Flavius Desiderius, et Adelchis Pijssimi Reges. Monasterio Domini, et Redemptoris Saluatoris, constituto intra Ciuitatem nostram Brixianam. Quae Regiam nostram potestatem, Deo auxiliante, et Excellentissima Ansa Regina dilecta Coniux, et Genitrix nostra *a fundamentis construxit*; in quo Anselperga Deo dicata Abbatissa dilecta Filia, et Germana nostra, quae Oriperga Abbatissa esse noscuntur, per praesentem praeceptum potestatis Regni nostri, ob amorem, et retributionem ipsius Redemptoris nostri, et quae *animae nostrae mercedem*, et sta-

(1) Il Margarini [1] pubblicò questa Carta, da lui trovata nell'Archivio di S. Salvatore, che poi si disse di Santa Giulia in Brescia: Carta piena d'errori, come notò il Tiraboschi [2] nell'atto di ristamparla. Ma, non avendone avuto altri riscontri, fu il Tiraboschi costretto a lasciarvi quegli errori.

L'Odorici [3], senza ristamparla, illustrolla, consultando l'antico *Apografo* Quiriniano, Tom. I. Pergamena XIV. pag. 106.

— Angelica Baitelli [4], Badessa di Santa Giulia, innanzi che il Margarini stampasse questa donazione, l'avea tradotta in un volgare non dispregevole.

1 Margarini, Bullar. Casinens., II. 11. Constit. XVII. (A. 1670). Dall'Archivio di Santa Giulia in Brescia.

2 Tiraboschi, Memorie Modonesi, nel Codice Diplomatico soggiuntovi, Tom. I. pag. 2. (A. 1793).

3 Odorici, Codice Diplom. Bresciano, I. 60. (A. 1854).

4 Baitelli, Annali Storici del Monastero di Santa Giulia di Brescia, pag. 18. (A. 1657).

bilitatem gentis istius LONGOBARDORUM *donamus*, atque largimur in Iura de ipso Monasterio ex *Gagio nostro* REGIENSE, quae nuncupatur Terra, Silua, Roncora, et Prata insimul ad mensura iusta, iuges numero quatuormillia, per designata, et determinata loca, a BONO *Waldeman* (1) supra scripti *Gagij nostri*, idest de vno latere *da* mane quoerentes..... *Clausura* Curtis praedicti Monasterii de BRIXIA, quae dicitur MILIARINA *de oplo teclato* (2), inter terra de LEONIS, et Monasterio suprascripto de BRIXIA, exiente per longo per SECLADE, inde per runcoras vsque in *cornale* signato, et exinde in *carpeno grosso*, vel *oplo*, per *rouere* habentes Literas *Omega* in *rouere arsa*, vsque in alia *rouere verde* pertusata per limites, et terra in via, quae venit *da* ARIOLAS, et deinde per ipsa via percurrentes per arbores *teclatos*, habentes literas *Omega* vsque in fossa SCAUERIOLA exiente in *Braida* de NOUENTA, tenente capite in terra et silva suprascripti Monasterij de BRIXIA, quae inibi aduenit de CUNIMUND (3), et de capite ipso per fossato de homines de Vico BEDULLIO, per prato in stilo ficto, et *pero teclato*, et per runco in furca ficta, vsque in *pero* similis *teclato*, deinde in stilo et *rouere teclata*, et sciente (*exiente*) in FRASENETO per prato

(1) *A Bono Waldeman*. Esempio di cognome, come osserva l'Odorici. Potrebbe anco esser nome d'officio, quasi dicesse: *uomo* del *Gualdo*: ossia *Custode o Prefetto del Bosco Regio*. Questo Bono Waldeman o Waldemen fu quegli che misurò i quattromila *jugeri* donati da' due Re al Monastero di Brescia.

(2) *De oplo teclato*. Su questo pioppo e sugli altri alberi qui descritti erasi fatta la *teclatura*, o segno, della quale si parla nell' Editto di Rotari.

(3) *Cunimund*. Questi è l'omicida famoso, di cui *Vedi* i prec. Num. 838. 839.

in Terra ATTONI, et ipso FRASENETO appellatur TOSETO, et per longo de alio latere *da* Saucta MARIA DE FABREGA percurrente fingaldia inter fine CAMPANIOLA, et Silua de VINIOLO de stilo in stilo terminales inficto per prato, vsque in Terra GABIBALDI, et alio Capite *da sera* de fine GARIBALDI, vsque in *rovere teclata* percurrente in fine vsque in Riuo, et exiente de ipso Riuo, vsque in fine de inter Curte praedicti Monasterij de BRIXIA, quae dicitur MILIARINA, et vsque *oplo*, qui est *teclato* inter fines de suprascripto Monasterio LEONIS, et fine iam dicti Monasterij de BRIXIA, et omnia superius adnexit, sicut suprascriptas quatuor millia iuges terrae, silua, roncora, et prata ad iam dicto BONO *Vualdeman nostro* designatae, atque determinatae sunt, et Breue per ipsius ABONI manus rescriptum legere probatur in integrum, sicut potestati nostrae, vel Palacij nostri pertinuerant, in ipso Dei Caenobio, per hoc tranquillitatis nostrae *donationis* praeceptum ibidem cedimus, atque *donamus*, futurisque temporibus possidendum firmamus.

ET, vt vera firmitas in iam nominata metuenda loca omni tempore maneat, proprijs manibus nostris saepedictas quatuor millia iuges terra, silua, runcora, et prata tradimus possidendum; quatenus ab hac die habentes hoc nostrum *donationis* praeceptum, securo nomine ipsas Sanctas Monasterias valeat possidere.

DANTES denique in mandatis omnibus Ducibus, cunctis Comitibus, vniuersisque Gastaldijs, caeterisque Agentibus nostris, vt nullus eorum contra ea, quae nostra *donauit*, atque confirmauit potestas, vllis vmquam temporibus in aliquo audeat molestari; Sed nostris felicissimis, et futuris temporibus, nostra *donatio* in ipsa metuenda loca vobis, quarum supra ANSELPERGAE, seu ORIPERGAE Abbatissae, vel successarum vestrarum, stabilis debeat permanere.

Ex dicto Domini Regis per **Andream**, et ex ipsius dictato rescripsi **Groso** Notarius.

Acto Ticino in Palatio, quarta decima die mensis Junij, Anno felicissimi Regni nostri *quarto decimo*, et *duodecimo* (1) (No: *sexto decimo* et *decimo tertio*), per indictione decima, feliciter.

(1) *Quarto decimo et duodecimo*. È questo, nota il Tiraboschi, uno dei tanti errori, ond'è piena la Carta presente.

NUMERO DCCCCLXIII.

Il Duca Giovanni vende ad Ansilberga, figliuola del Re Desiderio, duecento jugeri *di terre nel Modonese.*

Anno 772. Luglio 1.

(Dal Muratori (1) e dal Tiraboschi (2)).

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri **Jesu Christi**.

Regnantibus Domno **Desiderio** et **Adelchis** excellentissimis Regibus, Anno pietatis Regni eorum in Dei nomine *Sexto decimo* et *Tertio decimo*, primo mense Julio, Indictione X. feliciter.

Scripsi ego **Stephanus** Notarius rogatus et petitus ab **Johanne** in Dei nomine Duce, ipso presente, adstante, michique dictante, quique fatetur se inite bone fidei viro optimo et legibus *sub dupl*.........bone condicionibus, sed et regi quoque infrascripte meliorate que tu ex ratione habitu distraxisse et distraxi vendidisse et vendidit.

Ego suprascriptus **Johannes** in Dei nomine Dux (3). a

(1) Muratori, A. M. Ævi, I. 151. (A. 1738): dall'Archivio de' Casinesi di San Pietro di Reggio.

(2) Tiraboschi, Mem. Modonesi, nel *loc. cit.* del Codice Diplomatico, pag. 3. (A. 1793).

(3) *Iohannes in Dei nomine Dux*. Nè il Muratori nè il Ti-

praesenti die vobis Domne ANSELPERGE in Dei nomine Abbatisse, vel cuncte Congregationis in Monasterio Domini SALVATORIS sito infra muros Civitatis BRIXIAE, idest in funderas seu casalias, qui rejace trans MUCIA, quae nobis pro dono et precepro a Regia potestate concessa sunt ad pertica legitima de pedes duodecim plenarios usque ad mensura completa ad rationem facta juges duodecentos infra REDDUCTO (1) in Territorio MOTINENSE: ubi inter adfines ab uno latere *da* Oriente MUTIA percurrente; et ab alio latere *da* Meridie Monasterium Domini SALVATORIS sito in LEONIS habente; seu tertio latere *da* Occidente Monasterium Sanctorum APOSTOLORUM et Sancti SILVESTRI habente; atque a quarto latere ab Occasu Lin..... polito, qui nunc sunt: et si quis alii adfines sunt, vel ab origine fuerunt, quotquot ex poblicis finibus, terminibus, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, socionalibus, viis, fontibus, aquis perhennis, vel omnibus infra se habente, et infra suprascripta coerentia vendimus vobis suprascriptos duocentos juges; precio autem placitum et definitum sicut inter nos convenit, in auro solidorum duodecentos.

ET repromitto me ego suprascriptos JOHANNES Dux una cum filiis et heredibus vobis Domne ANSELPERGE Abbatisse, vel cuncta Congregatione Monasterii Domini SALVATORIS sito infra Civitate BRIXIA infra easdem coerentia suprascriptos duocentos juges ab omni quemque homine defensare; et si defendere minime potuero promitto me

raboschi nè il Savioli dubitarono, che questi non fosse Giovanni, Duca di Persiceto in quel di Modena, secondo i confini del 772. Ivi era la Badia di Nonantola, verso cui fu liberalissimo il Duca Giovanni.

(1) *Redducto*. Era questa, come ottimamente osservò il Muratori, la Villa *Reddù*, ne' confini di Persiceto, territorio di Modena.

vobis componere suprascriptos duodecentos juges talis, et alios talis unaquoque inibi a vobis edificavit aut melioratione fuerit *in duplo*.

Acto in Curte mea in Aquaria Monte Bellio Territorio Bononiense (1), sub die Regum, et Indicione suprascripta feliciter.

✝ Johannes in Dei nomine Dux in hanc Cartula manu mea propria subscripsi.

Signa manus Autelmoni germano Theoderoni *Castaldius* testis.

Stephanus notarius Scriptor istius Cartule *vendicionis* post roborata testibus tradita ea complevi et dedi.

---

(1) *Bononiense*. Non so perchè il Tiraboschi [1] avesse voluto qui mettere il dubbio d'aversi a leggere *Motinense*. I contorni di Monte Bello o Monteveglio, a poca distanza dal Muzza qui nominato, non apparteneano al Regno Longobardo, quando il Re Luitprando ne fece la conquista verso l'anno 728 [2]. Dovè indi Monteveglio restituirsi dal Re Astolfo all'Esarcato di Ravenna pel *Patto Generale* del 754; ma Desiderio l'occupò e rioccupò più volte, secondo i varj venti delle sue ambizioni, ed ora il teneva nel 772, sì che le Carte pubbliche si notavano cogli anni de' due Re, come saggiamente scrisse il Muratori nell'atto di pubblicar la donazione del Duca Giovanni. Poscia, mai più Monteveglio non distaccossi dal Bolognese; deliziosi luoghi presso alla Samoggia ed a me carissimi; abitati ora da un antico mio amico, il Conte Filippo Agucchi.

Della presente donazione *Vedi* il Pizzetti [3].

1 Tiraboschi, Storia di Nonantola, I. 494.
2 *Vedi* Muratori, Annali, A. 728.
3 Pizzetti, Ant. Tosc. I. 173.

NUMERO DCCCCLXIV.

La Basilica Cremonese di Santa Maria, edificata da Emisoind sul fiume Oglio, *è sottoposta dal Re Adelchi alla potestà e tutela del Monastero Bresciano di San Salvatore, ossia di Santa Giulia.*

ANNO 772. Agosto 24.

(Dall'Odorici (1)).

FLAVIUS ADELCHIS vir excellentissimus rex.

BASILICE beatissime semperque virginis dei genetricis MARIE. Site in territorio civitatis nostrae CREMONENSI loco qui dicitur VADO an. . . . . . prope ripa fluvii OLLIO v. v. DEUSDEDIT prèsbitero.

DETULIT veneratio tua precelse potestatis nostre per gloriosissimam atque precellentissimam ANSAM reginam dominam et genetricem nostram Cartulas volumina duo una (*sic*) in qua legebatur qualiter EMISOIND *donaverat* in coniuge sua ARELDENE et infilia sua ROCHILDENE quantum inter fluvio PADO et OLLIO habere visus fuerat *de dona* regum seu de jura parentum quam etiam de comparacione vel *quid* ad ei pertinuerat manus aut adhuc deo auxiliante in territorio CREMONENSE inter PADO et OLLIO adquirere poterit omnia et ex omnibus cumfinibus et terminibus adusufructuario nomine diebus vite earum post ipsarum ambarum decessum omnia *suprascripta dona* ei devenerit in ipsa basilica sce MARIAE ripa fluvio OLLIO quam ipse EMISOIND *ad fundamentis edificaverat* et instituerat ut ipsa

(1) Odorici, Cod. Dipl. Bresciano. I. 61, sopra l'antico *Apografo* Quiriniano, Pergam. Num.° XX. Tomo I. pag. 115. stampato già dal Margarini [1], che l'attribuì malamente al 771.

[1] Margarini, Bull. Casin. II 13. Constitut. XIX.

basilica una cum res ad eam pertinentes ad *mundium* sacri palacii nostri pertinerit.

Alia quidem cartula legebatur qualiter suprascripta arelda cum summoald arichis, turisind et aris *donaverant* casa illa ubi ipsa basilica superedificata fuerat cum monasterio et omnia adiacentia vel edificia seu territoria in integrum simul, et predicta arelda de proprietate de parentibus suis per consensum de ipsis filiis suis confirmaverat in ipsa basilica casa *masaricias* tres, duxas in Luciaco una qui regitur per leominum *masarium* cum germanum suum, alia per banonem tercia in fundo lebrosa quem regebatur per Stabilem *masarium* omnia et ex omnibus in integrum nec non et familias nomera octo id*est* aldichis gunderam lupone aloin otolone et vualcunda cum duos infantes suos et instituerat ut in sacri nostri palacii *essent* defensi.

De qua rebus pustolasti nostram excellentiam *presuprascriptam* dominam et genetricem nostram Ansam reginam quatinus ipsas cartulas per nostrum deberemus confirmare preceptum Nos.(*sic*)vero eiusdem domine et genetricis nostrae audientes petitionem et *anime nostrae considerantis mercedem*, per hoc potestatis nostrae preceptum confirmamus in ipso sancto loco vel tue veneratione predictas cartulas qualiter testus earum nositur continere.

Nec non etiam statuimus ut ipsa basilica sancte mariae una cum res ad eam pertinentes in potestate et defensione monasterii dni Salvatoris quod domina et genetrix nostra intra Civitatem nostram brixianam instituit, ubi et abbatissa germana nostra Anselperga esse videtur esse debeat sicut *in mundio* et potestate palacii nostri esse debuit. Ita ut a modo habens hoc nostrum firmitatis preceptum securus ipse sanctus locus permaneat.

Et nullus dux come gastaldius vel actionarius noster

contra hoc *nostrum* firmitatis *preceptum* audeat ire quandoq*ue* sed omni in tempore in ipso *sancto* loco vel tuae veneracioni atq*ue* successoribus tuis firmus permaneat

† † † Ex dicto dom*ini* regis Pergiselit Notari*us*, et ex ipsius dictato scripsi ego Vualdefrit.

Dato ticino in palacio nono kalende septembris Anno felicissimi regni no*stri* in xpi *nomine* *quartodecimo* *per* indictionem decimam feliciter.

NUMERO DCCCCLXV.

Ursiperto, Clerico di Controne, *promette di non celebrare i divini Uffizi senza la licenza del Rettore di Santa Giulia.*

Anno 772. Settembre 4.

(Dal Barsocchini (1)).

† In Dei nomine.

Regnante dn. nostro Desiderio rege; et filio ejus dn. nostro Adelchis rege, anno regni eorum *sextodecimo*, et *quartodecimo*, pridie nonas septembris, indictione undecimam.

Manifestum est mihi Ursiperto cler. filio Wilifridi de loco Controne, quia petivi et rogavi te virum beatiss. dn. Peredeum in Dei nom. Episc. ut mihi dimessuriam dare juberis, qualiter ad honorem presbiterii pervenirem. Simul et me rectorem in Eccl. beati S. Cassiani in suprascripto loco Controne ordinare juberis: et pro tua misericordia me audire dignatus es.

Modo vero per hanc cartulam repromitto et prevideo

(1) Il Barsocchini[1] trovò questa Carta *Originale* nell' Archivio Arcivescovile di Lucca († L. 61).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 81.

ego q. s. Ursipertus cler. tibi vir beatiss. dn. meo Peredeo in Dei nom. Episc. ut in omnibus obediens tibi secundum sanctos canones esse debeam, simul et successoribus tuis sicut alii sacerdotes vestri; et neque contra vos, neque contra presbiterum vestrum, quem vos in Eccl. vestra S. Juliae batismale agere presuma; neque sine vestra licentia, vel de ipso presbitero vestro missam cantare debeam in ipsa Eccl. S. Cassiani; et per singulos annos vobis et success. vestris reddere promitto duos berbices bonos in natale S. Gerbasi hic Luca.

Et si haec omnia suprascripta capitula a me adimpleta et conservata non fuerit; spondeo ego q. s. Ursipertus cler. tibi dn. meo Peredeo in Dei nom. Episc. et success. tuis comp. auri soled. numero quinquaginta.

Et pro confirmatione Rachiprandum cler. scribere rogavi.

Actum Luca.

Signum ✝ ms. Ursiperti cler. qui hanc cartulam fieri *ec.*

Signum ✝ ms. Wilifrid patris ejus *consentientis*

✝ Ego Deusdona presbitero rogatus *ec.*

✝ Ego Filippus cler. rogatus

✝ Ego Audiprandus cler. rogatus

✝ Ego Rachiprandus cler. post traditam *ec.*

NUMERO DCCCCLXVI.

Wattulo, Clerico di Placule *alloga casa e beni, di* Monzioni *ad Austrido.*

ANNO 772. Settembre 6.

(Dal Barsocchini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE.dn. nostro DESIDERIO et ADELCHIS regibus, anno regni eorum *sextodecimo*, et *quartodecimo*, octabo idus mense septembris, inditione undecimam.

MANIFESTUM est mihi WALTULO cler. de PLACULE, quia per hanc cartulam firmare te prevideo AUSTRULE filio qd. ROPPERTULI in casam et res mea in loco MUNTIONE, in ipsa casa ubi ipsi genitor tuus antea residet.

TALI vero tenure ut tu in ipsa casa residere debeas, et res ad ipsa casa pertenente bene laborare et gubernare et meliorare debeas, et mihi et ad heredibus meis omnia quidquid in terra seu in vinea ad ipsa casa pertenente, Dominus donare dignatus fuerit, nobis omnia exinde medietate reddere debeas, excepto ipso orto quod est prope ipsa casa tibi privatum abere debeas; et me, seu misso meo quando ividem venerimus, bene gubernare deveas, et neque senio (*xenio*), neque *angaria* nobis facere non. debeas, nisi tantum de labore et vino nobis, ut dixi, omnia medietas reddere debeas.

UNDE repromitto me ego q. s. WALTULO cler. una cum heredibus meis tibi AUSTRULO, ut tu si in ipsa casa abitaverit, et ipsa casa melioraverit, simul et omnia res ad

(1) Il Barsocchini 1 ricavò questa Carta *Originale* dall' Archivio Arcivescovile di Lucca (†† H. 55).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 81.

ipsa pertenente, et nobis omnia sicut superius legitur adimpleve... justitia de labore et vino nobis reddendum; et nos te de ipsa casa vel res foris expellere quesierimus per quolibet ingenio, et in aliquo vobis supponere quesierimus: spondeo me et heredibus meis esse componituros tibi auri soled. nomero vi......

Et hec cartulam in sua maneat firmitate.

Et duas cartulas prope uno tenore conscriptas partibus meis Filippum cler. not. scribere rogavimus.

Actum Luca

Signum † ms. Waltuli *repromessuri* qui hec cartulam fieri rogavit

Signum † ms. Matanci cler. testis

Signum † ms. Insuri cler. testis

Signum † ms. Lamperti cler. filii qd. Guntelmi cler. testis.

Signum † ms. Ursiperti filii qd. Gumperti testis

† Ego Rachiprandus cler. rogatus *ec.* me teste subs.

† Ego Filippus cler. post traditam compl. et dedi

NUMERO DCCCCLXVII.

Sigoaldo, Patriarca d' Aquileia, stando in Pavia, fa varj ordinamenti pel Monastero di San Salvatore ossia di S. Giulia in Brescia, e gli concede varj Privilegj.

Anno 772. Ottobre 13.

(Dal Margarini (1)).

Sigvalt Servus Servorum Domini, Patriarcha.

Dum nostra mediocritas ex felicissimorum Principum

(1) Margarini, Bull. Casin. II. 15. Constit. XIX. (A. 1670). Dall'Archivio di Santa Giulia. Errò il Margarini, collocandola sotto il 774.

Desiderij, et Adelgisij, vna cum Collegis nostris religiosissimis, et Sanctissimis Episcopis, *ob totius Orthodoxae Ecclesiae statum* peruenta fuisset, singula quaeque superflua, Domino auxiliante, subtilius elimata (1); Poposcit a nobis Veneratio tua Beatissima Anselberga Abbatissa per Prandulum *Cubicularium Sacri Palatii*, seu et Praepositum Monasterij vestri, vt Venerabile eumdem Monasterium vestrum, quod situm est in Vrbe, quae dicitur Brixia, quod constat ad honorem Domini Saluatoris constructum, priuilegij infulis a nostra frueretur auctoritate; quatenus concordantibus nobis Reuerentissimis Episcopis nostris, ex communi adsensu, aeternale praedicti Oraculi robur, stili nostri firmatas (*firmatas*) impertiret.

Et quia semper sunt exibenda, quae vtilibus fuerint in limitationibus impetrata; Placuit ergo modis omnibus, vt piae deuotionis imploratio, salubri moderetur interuentionis adsensu.

Carta già dianzi stampata in Italiano dalla Baitelli: poi, dopo il Margarini, ristampata in Latino dal Bianchini [1], ed illustrata dall'Odorici [2] secondo l'antico *Apografo* Quiriniano, Pergam. Num. XXI. pag. 118. Di questa Carta si vegga il Madrisio [3].

(1) *Dum nostra mediocritas......elimata.* L'Odorici legge *climinata.* Gravissimi sensi certamente si contengono in queste prime linee di Sigoaldo, le quali riescono a mostrare in qual modo i due Re nel 772 cercavano rialzare il Patriarcato d'Aquileia tanto sulla Chiesa di Grado quanto su quella di Milano, e però, se avesser potuto, sulla stessa di Roma. Se così non fosse stato, come potea, domanda l'Odorici, voler Sigoaldo *eliminar* o *limar* le superflue cose dallo stato dell'*Universa Chiesa Ortodossa*? Il tutto senza far motto d'Adriano I.? Ma di ciò si parlerà nella Storia.

1 Bianchini, Evangeliarum Quadruplex, Pars I. Prolog. pag. 10. (A. 1749).
2 Odorici, Cod. Dipl. Bresciano, pag. 63.
3 Madrisii, Ad S. Paulini Aquilejensis Opera, in Vita, Cap. IV. Num. 2. (A. 1737).

Quoniam vero conata est religio tua salubriter a nobis extorquere, quatenus praefatum Monasterium Domini Salvatoris, cunctaque Monasteria in vniuersis Basilicis ad se pertinentibus, quia pijssimae, adque tranquillissimae Ansae Reginae vere constructum esse noscitur, priuilegijs Sedis Sanctae nostrae Aquilegiensis, cui Deo auctore deseruimus, decoretur.

Quapropter pijs desiderijs vestris fauentes, hac nostra autoritate, vel quod recte exposcitur effectui memoramus.

Et ideo omnem cuiuslibet Ecclesiae Sacerdotem, quamlibet ditionem habere prohibemus: ita vt, nisi ab Abbatissa Monasterij fuerit inuitatus, nec Missarum ibidem solemnia se quispiam praesumat omnimodo celebrare, vt libere liceat Sororibus ibidem degentibus regularem normulam inuiolabiliter obseruare. Sacerdotales vero Ordines a quocumque, et de quacumque Ciuitate Episcopo Abbatissa voluerit inreprehensibiliter ordinetur.

Si quando vero, vt sunt humani generis casus, Abbatissa obierit, non aliunde, sed ex eadem Congregatione religiosissimae Monachae, in loco defunctae, Abbatissae eligant successorem.

Illud videlicet addentes, vt quicquid ibidem iusto ordine a quocumque Episcopo, vel a qualibet persona inlata sunt, seu futuris temporibus fuerint illatura, siue ex nostra ditione, seu ex Episcoporum nostrorum, immutilata, modis omnibus valeant permanere.

Nec hoc praetereundum esse conspicimus, ita vt Abbatissa quaecumque in tempore fuerit, nulli licentia concedatur *codices*, aut *vasa sacrata*, aut *quodlibet thesaurum* Ecclesiae quoquomodo *donare*, aut alienare.

Si qui autem contra hanc nostram serenissimam dispositionem temerarijs ausibus adire temptauerit, aeterno anathemate plectendos esse censemus.

CONSCRIPTA huius Priuilegij series, Anno Inuictissimorum Principum DESIDERIJ et ADELGIS XVI. et XIV. sub Indictione XII. (No: dev' essere XI (1)).

DATA TICINO in Vrbe Regia III. Idus Octobris.

SIGOALD, gratia Dei, Patriarcha, in hoc priuilegij textu a nobis salubriter elimatum, manu mea subtus scripsi.

APPOLLINARIS (2) CHRISTI misericordia indignus humilis Episcopus in hoc priuilegij textu manu mea subscripsi.

OTTO in Dei nomine Episcopus, in hoc priuilegij textu manu mea subscripsi.

IULIANUS humilis Episcopus in hoc priuilegij textu, manu mea subscripsi.

FELIX humilis Episcopus in hoc priuilegij textu, manu mea subscripsi.

FELIX peccator Episcopus in hoc priuilegij textu, manu mea subscripsi.

---

(1) E così legge l'Odorici nel suo *Apografo* Quiriniano: cioè *Indictione XI*, siccome aveano letto i PP. Astezati [1] e De Rubeis [2].

(2) *Appollinaris.* Questo Vescovo ed i tre altri, che seguono, sottoscrissero parimente alla Bolla di Paolo I.° del 26. Ottobre 763 (*Vedi* prec. Num. 808), per la ragione, che io tentai di addurre col fine d'allontanare ogni sospetto di falsità o da tal Bolla del Romano Pontefice, o dalla Carta presente del Patriarca d'Aquileia.

1 Astezati, In Dissert. II. ad Manelmum, (A. 1728).
2 De Rubeis, Mon. Eccl. Aquil. Col. 326. (A. 1740).

NUMERO DCCCCLXVIII.

Il Clerico Gairipert *dona una sua terra alla Chiesa di* San Lorenzo di Veriano.

Anno 772. Novembre 20.

(Dal Barsocchini (1)).

Exemplar Cartule. In nomine Domini, die vigesimo mense novembrio, regnante dn. Desiderio, et Adelghisi regibus, anno XVI. et XIIII. per inditione undecima feliciter.

Gairipert cler. filio b. m. Immarepert dedi et tradedi *offersionis* titulo terra *petiola* una, quod *avere* visu sum in loci Variana, de prato meo ad Eccl. S. Laurenthi sito in predicto loci Variano , et posita suprascripta terrula prope ipsa Ecclesia, tantum inter medio via decurret; et est per mensura ipsa mea datione avent in longitudo manibus mensurata pedibus triginta, latitudo vero pedis viginti, et est in terra de finis posita ab uno latere suprascripta via, et de tris partiš terra mea *daturi*, quae michi reservo.

Hec autem suprascripto *petiolo* de jam dicta terra, sicut superius legitur , ad ipsum sanctum et venerabilem locum *offersi* , et condonare adque tradere previdi.

In tale enim tinore vel pretexto, ut dum Mangrenfridi abbas deserviens Sanctorum Dei et conversus, vel ejusque successoribus posteris advivere meruerent, suprascripta *offersio* predicta terra in suam integram aveant potestatem lavorandi regendi meliorandi usumfructum capiendi, et post ejus decessum revertatur ad ipsa S. Ecclesia, vel ejus re-

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa *Copia* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (* A. 14).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 82.

ctores ividemque deservientibus, omni tempore in suam aveant potestatem.

QUAM viro unc libello *offersionis* et confirmationis TEODERAM not. *scrivere* rogavi.

ACTUM ipso loco.

† Ego GAIRIPERT cler. qui unc scripti firmitatis fieri rogavi, et manus mea subs.

† Ego ARIPERTU presb. rogatus *ec.*

Signum † ms. TANEPERT filio qd. BARUCONI *da* S. ANDREA testis.

Signum † ms. ARNEPERT *aurifici* rogatus *ec.*

† Ego q. s. TEUDERAM notario post traditam complevi et dedi

NUMERO DCCCCLXIX.

Lucifrido, Uomo Traspadano, *offre alla Chiesa di San Colombano in Lucca una casa nel luogo detto* Scragio.

ANNO 772. Novembre 25.

(Dal Bertini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE Domno nostro DESIDERIO Rege, et filio ejus Domno nostro ADELCHIS Rege, anno regni eorum *sextodecimo*, et *quartodecimo*, septimo Kalendas Decembris, per indictionem undecimam.

MANIFESTUM est mihi LUCIFRIDO, filio qd. SANCTIOLI TRANSPADANI, quia per hanc cartilam offero Deo, et tibi

(1) Il Bertini [1] trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca (* A. 12): senza Giunte nè Correzioni del Barsocchini, che trascurò di soggiungere i testimoni omessi dal Bertini.

1 Bertini, *loc. cit.*, Appendice pag. 125.

Ecclesie Beati Sancti Columbani, sitae a Venerabili Domno Peredeo Episcopo prope hanc Civitatem Lucanam, duas portiones de casa abitationis meae in Scragio, una cum duabus portionibus de fundamento, ubi superposita est eadem casa, similiter de curte, et puteo, et horto, una cum arboribus suis, ut dixi, duas portiones in integrum Deo, et tibi suprascriptae Ecclesiae offerre praevideo.

Eo enim tenore ut pro jam memorata re ego per singulos annos natale Sancti Columbani in mense Novembre reddere debeam quindecim libras de oleo ibi; et in ipsa casa resedere debeam.

Et neque a me, neque a meis heredibus hec cartila possit disrumpi, sed omni tempore stabilis permaneat.

Et si filii mei praedictum oleum in ipsa Ecclesia reddere voluerint per unumquemque annum, licentiam abeant in ipsa casa resedendi.

Et pro confirmatione Austripertum Presbiterum scribere rogavi.

Actum Luca feliciter.

Signum † manus Lucifridi qui hanc cartilam fieri rogavit.

(*Seguono i testimoni; omessi così dal Bertini come dal Barsocchini*).

† Ego Austripertus Presbiter post tradita complevi et dedi.

NUMERO DCCCCLXX.

I fratelli Daniele ed Orso vendono una lor terra ad Ermuald, Gastaldo.

Anno 772. Novembre.

(Da Monsignor Rambaldo degli Azzoni Avogaro (1)).

In Xpi nomi

Regnantes Dom. nostros Desiderio et filiom ejus Adelchis exell. Regibus annis Regni eorum *sexto decimo*. Et *quarto decimo*. Mensi Novembri per indict. undecima. Fel.

Constat me Danaele et Urso germanis filiis qd. Dusodo habendum vendedesse et vendedimus aque tradedesse et tradedimus vobis Ermuald. *Gast.* idest aliquantola terra de Vato ad prope Casa nostra una cum *panefferis suis* (2) qui havet ipsa terra in longo petis *trenta* et sex et quatuor. et ab alio capite havente petis viginti et in latitudinem havente de uno capite petis viginti quatuor, et ab alio capite havente petis viginti. et duos et semesse. ex uno alio latere tenente nos ssti. vinditures. et ab alio latere tenente ssto. emture. ab uno capite possedente Senature parva Ereduno. et ab alio capite percurrente via publica. et confessemus nos ssti. Vinditures quia

(1) Monsignor Rambaldo degli Azzoni Avogaro trasse questa Carta [1] dall'Archivio di San Zeno di Verona, e stampolla nel XXV.° Tomo, pag. 56 della Seconda Raccolta degli Opuscoli di Calogerà, ossia nella Raccolta continuata dal Mandelli (A.1773). Non dice il Degli Azzoni, se tal Carta, sia *Originale*, ma sembra, che lo presupponga.

(2) *Panefferiis suis.* Lo stesso, credo, che *pomefferiis*, cioè *pomieri*, del seg. Num. 972.

1 Degli Azzoni, Due Carte scritte nell'ottavo secolo in Trevigi, Dissertazione.

recepimus ad te emture exinde precio auri solidos *septe* tantum. et ad presenti die hac ipsa ssta. terra sicut supra legitur in tua Emturi et tuis heredibus permaneat potestatem faciendi exinde quod vobis placueret nullo homine contradicente. neque nos vendetures neque heredes nostros. et si ut nos credimus fieri nus vinditures aut heredes nostri vel aliquis aliquando de sstö. emture aut tuos heredes de ssta. *vind.* nostra pulsaveret, vel quod absit acvincere aut non potuerimus vobis eam ab uno quoque homine defensare. tunc componamus nos ssti. Vinditures vel heredes nostri vobis emturi vel ad vestros heredes *duplo* precio et rem quoque meliorare edificacionis ipsius terre satisessemus reddituri.

Acto Tarbisi per Indict. ssta.

† Ego Danihel in hanc *vendicione* a bis facta m. m. susi.

† Ego Ursus in hanc *vendicione* a nobis facta m. m. scrip.

† Ego Cecco rogad. ad Danaele et Urso in hanc *vind.* tt. susi.

† Ego Albini. rogad. ad Danaele et Ursu Germanis in hanc *vend.* tt. susi.

† Ego Johannes rogatus ab sstis. Danaele et ursu germanis in hanc *vind.* t. susi.

† Ego Augis rogad. ad sstis. germanis in hanc *vind.* tt. susi.

...... Teaduald rogatus ab sstis. Danihel et Urso germ. hanc pagina *vind.*

Scripsi et post tradita complivi

NUMERO DCCCCLXXI.

Il Re Desiderio conferma le Corti di Sestuno *e di* Vallante *in Sabina con altra in quel di Narni al Monastero di Farfa.*

Anno 772?

(Dal Fatteschi (1)).

In Nom. Dom. Dei Salvat. N. J. X. Flavius Desiderius excellentiss. Rex. gloriosiss. atque praecellentiss. Anse Reginae felicissimae conjugi nostrae.

Suggessisti nobis ac regalem culminis nostri excellentiam postulasti ut quod tibi Adelchis excellentiss. Rex filius noster per suum praeceptum donaverit idest Curtem unam et *massam* in Sextuno et alteram Curtem in Vallanti ubi Monasterium Xpo protegente fundere disponis.

Et tertiam Curtem cum *Massa* in Narnate finibus reatinis seu et omnes illas res atque familias que in suprascriptis finibus reatinis impublicatae vel *retultae* sunt sicut a singulis hominibus aut nunc praesenti tempore a qualicunque homine contra legem possidentur aut ad laborandum datae sunt in praedictis finibus reatinis quae ad suprascriptas tres Curtes pertinuerunt atque pertinent in integrum.

Unde supplicasti regni nostri precelsam potestatem ut ipsum Monasterium in suprascriptis Curtibus fundatum et ipsas res curtes et Massas cum omnibus rebus ad eas pertinentibus vel superius comprehensis per nostrae firmitatis praeceptum in Monasterio S. Mariae fundato in Sabinis ubi Probatus Abb. esse reperitur *donare* et concedere deberemus.

(1) Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 273: dal folio 1183. del Gran Registro Farfense, nel Supplemento, che vi soggiunse il Monaco Tadino.

Ita tam: ut dum tu quae supra Ansa gloriosiss. Conjux nostra advixeris omnia in omnibus in vestra potestate permaneant potestate faciendi quidquid tibi placuerit.

Nos quidem considerantes Dei omnipotentis clementiam et *animae nostrae mercedem atque tuam* Ansae gloriosiss. reginae conjugis nostre congruam obaudientes obsecrationem per hoc nostrae potestatis praeceptum *donamus* atque concedimus instituto Monast. S. Mariae in Sabinis jam nominatum Monast. quod in supra memoratis curtibus in Sextuno (1), et Vallanti (2) fundare studes cum Curte in Narnate et *Massis* ad praedictas tres Curtes pertinentibus cum territorijs aedificijs familijs casis *Massaritijs aldiaricijs* bovulcarijs vaccaricijs alpes *gagios* vel pascua vel quidqd (*quidquid*) exinde singuli homines ad laborandum habent atque terras illas omnes quae in suprascriptis finibus impublicatae vel *retulte* sunt et modo exinde aliquis contra legem possidere videtur quae de praedictis curtibus pertinuerunt atque pertinendo (*pertinent*) cum omni *terratico* in integrum. ita sane ut in supradicto Cenobio fundato in predictis finibus reatinis sub Sancte regulae norma congregentur Servorum aut ancillarum Dei usque ad numerum XX. vel si amplius potuerint ut *pro animae nostrae mercede* et *hujus Patriae salvatione* frequentes omnipotenti Deo et dignas referant laudes.

Et hoc statuimus ut de *Arimannis feminis* (3) pertinentibus

---

(1) *In Sextuno.* Era questa Corte in Interocro, nel Gastaldato di Rieti, come risulta da una Carta Farfense del 778. presso il Galletti [1].

(2) *Et Vallanti*: Di quest'altra Corte *Vedi* il prec. Num. 888.

(3) *Arimannis feminis.* Di queste donne *Vedi* la Carta seguente sotto il dì 11. Novembre 773.

1 Galletti, Tre Chiese, pag. 21. in Nota.

ipsi Monasterio et curtibus atq. rebus superius comprehensis in conjugio sibi usque nunc sociaverunt ut post transactum annuale spatium *secundum edicti tenorem* sic eos easque possideant sibique proprietario nomine vendicent atque defendant. De omnibus autem animalibus quae in suprascriptis finibus REATINIS habentur aut in antea nutrientur ita definimus ut *per pasqua publica* omni tempore ambulent et nutriantur sine omni dato aut *herbatico* vel *escatico* et nullam molestiam neque *in ponte* neque *in via publica* neque in qualicunque loco patiantur. Sed semper illibata ambulent ubi publica animalia consueta sunt ambulare.

ET concedimus ibidem omne *Teloneum* et *portaticum* seu *ripaticum* atque *terraticum* quae per singula loca Civitatum et portuum homines de ipso Monasterio et ipsum Monasterium de qualecunque causa dare debuerint ut a nullo homine Castaldio aut quolibet actionario aliquam dationem vel coloniam in ipso Monast. exigant. vel ab ejusdem Monasterij hominibus neque pertinentibus eidem Monast. vel curtibus et rebus neque a *libertinis* qui A PRINCIPIBUS ET JUDICIBUS EXINDE LIBERATI SUNT (1). Sed et de omnibus causis aut excutijs publicis ab ipso Monasterio semper defendantur et sine omni molestia datione vel *teloneo* omni tempore securi permaneant.

QUATINUS ab hac die habens hoc nostrum *donationis* et cessionis praeceptum securo nomine valeat possidere.

ET nullus dux comes Castaldius vel Actionarius noster contra hoc nostrae *donationis* et cessionis praeceptum au-

(1) *A principibus et judicibus exinde liberati sunt.* Chi sono questi *libertini* se non coloro, i quali ottennero d'essere affrancati *per impans?* Cioè per comandamenti dati dal Re, o diretti, od indiretti col mezzo de' suoi Giudici; ovvero de' Duchi e d'altri Ottimati, soprattutto in tempo di guerra.

deat ire quandoque. Sed omni tempore stabile permaneat.

Ex dicto domni Regis per ANDREAM *referendarium* et ex ipsius dictatu scripsi ego GAUPERTUS.

DAT. TICINO in palatio die X. mens...... Anno felicissimi regni nostr...... Indictione........

NUMERO DCCCCLXXII.

Ebuno, Calzolaio, *vende a Lopulo*, Monetario, *una terricciuola*, *vicino* a' Moniti pubblici *di' Trevigi.*

ANNO 773. Gennaio.

(Dal Marchese Maffei (1)).

IN CHRISTI nom.

REGNANTE dom. nostris DESIDERIO, et ADELCHIS filium ejus, viris excellentissimis, Regibus, annis pietatis eorum in Dei nomine *sextodecimo*, et *quartodecimo*, mense Januare, per Ind. undecima fel.

CONSTAT me AEBUNE *magistro Calegario* (2) hbd (*habendam*) vindedisse, et vindedit, atque tradedisse, et tradedi tibi LOPULO *Monetario* aliquantula terra, qui est a *starfora* et porta, silicet ad juxta *Monita pupliga*, unacum arboribus, et pomefferis suis: abentem in longo ipsa terra petis viginti, et in latitudinem abentem petis viginti et quinque: ab unum latere, et uno capite ssto LOPULO possidentem, et ab alium latere ssta *Monita pupliga* percurrente, et de alium capite tenentem GRIMUALDO, filio quondam MATZOLO.

(1) Maffei, Verona illustrata, Documento Num. VII.° degli otto *Autografi* da lui posseduti (A. 1732).

(2) *Magistro Calegario*. Sempre più si conferma, che l'esercizio dell' arti meccaniche non toglieva punto a' Longobardi le qualità d' ingenuo e di Cittadino. *Vedi* un *Calderaio* nel prec. Num. 555. e nel seg. Num. 976: un *Calzolaio* nel prec. Num. 726: un *Ferraio* nel prec. Num. 889.

Et confiteor me ego qui supra vinditur, quia recepi a te emture exinde precium auri solidus duo, et tremisses duo novos tantum: quathinus ad presenti die ssta terra, qualiter superius legitur inter designata loca, et circumpossidentibus, vel ipsa minsura, in tua ssto Lopulo, et heredib. tuis, omni in tempore permaneant, et esse debeant potistatem, faciendi, et judicandi quod vobis exinde placuerit nullo hominem contradicente, neque me vinditur, neque hrd (*heredes*) meus.

Et sicut fieri non credo, ut aliquis aliquando te emture, aut tuus heredes de ssta *vinditione* pulsaverit, aut quod absit evicti fueretis, et non potuerimus vobis exinde ab unoquenque hominem defensari; tunc componam ego jam dictus Aebo, et mei heredes, tibi ssto Lopulo, et ad tuus heredes *dupplum* precium, et rem quoque meliorate aedifficationis ipsa terra quod magis valuere satis essemus reddituri.

Acto Tarbisi per Ind. ssta feliciter.

Signum † manus ssto Aebuni qui hanc *vind* pagina fieri rogavet.

Aego Erfo rogatus ab ssto Ebuni in hanc *vind.* tt (*testis*) susc.

Ego Staveli rogatus ab ssto Aebone in hunc *vind.* pagina t sus.

Aego (*sic*) Odibertus rogatus ab ssto Ebone in hanc *vind.* t. sus.

Aego Petrus rogatus ab ssto Aebone hunc *vind.* pagina, qualiter super legitur, scripsi, et postradita compl.

NUMERO DCCCCLXXIII.

Gumperto, Rasperto e Dulciperto, abitanti d'Ursiano, *vendono un pezzo di terra in* Veteriano *a Rachiprando, Rettore di* Santa Maria in Sesto *nel Lucchese.*

ANNO 773. Febbraio 10.

(Dal Barsocchini (1)).

✝ IN Dei nomine.

REGNANTE dn. nostro DESIDERIO rege, et filio ejus dn. nostro ADELCHIS rege, anno regni eorum *sextodecimo*, et *quartodecimo*, quarto jdus mensis februarii, per inditione undecimam.

CONSTAT nos GUMPERTUM et RASPERTUM et DULCIPERTUM filios qd. ASPERTI *abitatores* in URSIANO, presenti die per hanc cartulam vendere et tradere previdemus tibi RACHIPRANDO presb. rectori Eccl. beate S. MARIE in SEXTO, unam *petiam* de terra nostra quam abemus in VETERIANO in *Cahagio*, qui fuit qd. FUSCI et de fratribus ejus: et est ipsa *petia* tenente uno capite in rivo FRACULA, et alio capite et amba latera est tenente in terra ipsius Eccl. S. MARIE et S. PETRI, que ibidem obvenit per fratres suprascripti FUSCI: ipsam *petiam* quomodo circundata est in integrum tibi tradimus, et est plus minus *sistariorum* octo.

ET recepimus pro ipsa predicta terra pretium a te auri solid. numero tres in prefinito.

UNDE repromittimus nos q. s. GUMPERTUM RASPERTUM et DULCIPERTUM, una cum nostris heredibus tibi RACHIPRANDO presb. vel successoribus tuis, si nos vobis ipsam

(1) Il Barsocchini [1] trasse questa Carta *Originale* nell' Archivio Arcivescovile di Lucca (✝ O. 22).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 83.

suprascriptam terram intentionaverimus aut retragere quesierimus per quodlibet ingenium, et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus: spondimus nos cum nostris heredibus tibi vel successoribus tuis componere ipsam terram predictam *in duplu*, infer quidem (*in ferquidi*) loco ec. cum quo aut qualis tunc fuerit.

Et pro confirmatione Rachiprandus scribere rogavimus.

Actum in loco Ursiano.

Signum † ms. Gumperti qui hanc cartul. *ec.*

Signum † ms. Rasperti g. ejus qui item fieri rogavit

Signum † ms. Dulciperti similiter g. ejus qui fieri rogavit

Signum † ms. Cheifridi de Brancalo testis.

Signum † ms. Rachuli cler. filii qd. Aricausi de Saltuclo testis

† Ego Garimundus presb. rogatus *ec.*

† Ego Rachiprandus cler. post traditam compl. et dedi.

NUMERO DCCCCLXXIV.

Il Clerico Rachinaldo del luogo Gurgite *dà in fitto al Clerico Lupicino una casa con podere presso la Chiesa di* S. Paolo.

Anno 773. Febbraio.

(Dal Barsocchini (1)).

In Dei nomine,

Regnante domno Desiderio et Adelchis regibus, anno regni eorum *sextodecimo* et *quartodecimo*, mense febrario, indit. decima (*undecima*) feliciter.

(1) Il Barsocchini [1], trasse questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († B. 75).

1 Barsocchini, *loc. cit.* pag. 83.

Manifestu sum ego Rachinaldu cler. filio quidam Magnifridi de Gurgite, quia dedi tibi Lupicine cler. filio quidam Auduaidi una casa mea, quem *avere* visus sum prope Eccl. S. Pauli, ubi pater tuo residere videtur cum omnis res ad ea pertinentes in integrum, cum granirio terris vineis pratis pascuis, cum cultum et incultum, movile vel inmovile, omnia et in omnibus quem ad ipsa casa pertenet: tibi dare videor ad lavorandum et meliorandum, et ipse predicta *recopriendum*, et ipsa casa recludendam cum petra et tabula, et ipsa vinea propaginandum, et submarra et runcilio calcandum, et sepi *recunciandum* et ipsa....ta cludendum et defindendum: et nobis per singulos anus medietatem vinum et fenum dare diveatis, et per omnes Pasqua Domini Nostri Hiesum Christi nobis duo tremissi dare diveatis auri expendivilis, et per singulus annos nobis semptimo dies *angaria* facere diveatis, tris dies ad messe, et due ad fenum *recolere*, et duo ad vignas faciere, tam tu qui supra Lupicine cler. quam eredes tuos mihi qui supra Rachinalde cler. vel ad meus eredes.

Unde spondeo ego qui supra Rachinaldu cler. una cum meis eridibus tibi qui supra Lupicine cler. vel ad tuos eredes, ut si nus vobis alicod de ipso redito, vel de *angaria* superponere voluerimus, aut vos de ipsa casa *fori* espellere quesierimus, spondimus nus vobis componere pene nomine auri soledos nomeru quinquagenta, et cartula sua manea firmitatem.

Et pro confirmationem duos pagine propo uno tinore Gumprando *iscrivere* rogavimus.

Actum vico Gurgite.

Signum † ms. Rachinaldi cler. daturi et promessuri

Signum † ms. Chisi filio qd. Chisolfi v. d. testis

Signum † ms. Cosperti filius qd. Ropaldi v. d. testis

Signum ✝ ms. Lampuli cler. filio qd. Gudifridi v. d. testis

✝ Ego Gumprandu post traditam complevi et dedi.

NUMERO DCCCCLXXV.

Ilderico e Taciperga donano al Monastero di Farfa le Corti di Ponziano, *di* Cesariana, *di* Papciano *e di* Lamiano *in Sabina.*

Anno 773. Marzo.

(Dal Galletti (1)).

In nomine domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi.

Regnantibus domnis nostris Desiderio et Adelchisio filio ejus piissimis regibus anno regni eorum Deo propitio XVII. et XIIII. sed et temporibus domni Theodicii gloriosi ducis ducatus Spoletani mense Martii per indictionem XI.

Ego Hildericus filius cujusdam Theoderici una cum genitrice mea Taciperga *donamus* atque concedimus in eterna traditione *pro remedio anime nostre* in monasterio s. Dei genitricis semperque virginis Marie sito in Acutiano territorio Sabinensi ubi et venerabilis vir Probatus abbas preesse videtur curtem nostram que vocatur Pontianus cum omni sua pertinentia in integrum simul et curtem nostram Ceserianum et Papçianum cum casis coloniciis et terris vineis silvis salictis pratis pascuis cultis et incultis mobilibus et immobilibus servis vel ancillis co-

(1) Galletti, Vestarario, pag. 93. (A. 1758): dal Num. 91. del Registro di Farfa: Carta ristampata con poca diligenza dal Fatteschi [1], presso il quale si trova errato anche il Numero del Registro Farfense.

1 Fatteschi, Mem. de' Duchi di Spoleto, pag. 273.

lonis vel colonabus *aldiis* vel *aldiabus* sicuti nobis pertinent ita omnia in ipso sancto monasterio *pro anima nostra* concedimus a die presenti.

Similiter et ego Taciperga una cum ipso Hilderico filio meo *donamus* atque concedimus in ipso suprascripto monasterio *pro anima nostra* rationes proprietatis nostre idest que michi a genitore meo Taciperto contigit curtem nostram in Lamiano territorii Sabinensis simul et ubi per loca vel vocabula in finibus Sabinensibus habere visa sum omnem portionem meam in ipso sancto monasterio *pro mercede anime nostre donamus* possidendum casas vineas terras silvas prata pascua culta et inculta omnia mee portionis in integrum in ipso suprascripto sancto M. *donamus* et concedimus possidenda.

Quatinus ab hac die firma et stabilis sit in ipso sancto monasterio nostra *donatio* et neque a nobis neque ab ullo homine aliquando contradicatur sed semper in perpetuis temporibus stabilis permaneat.

Actum in Reate mense et indictione suprascripta.

Signum ☩ manu Tacipergę que hanc cartam fieri rogavit.

Ego Hildericus in hac carta a nobis facta manu mea subscripsi.

☩ Ego Adeodatus *Vestararius* rogatus ab Hilderico et Taciperga manu mea subscripsi.

☩ Ego Lupo rogatus ab Hilderico et Taciperga manu mea subscripsi.

☩ Ego Hatto rogatus ab Hilderico et Taciperga manu mea subscripsi.

☩ Ego Trasipertus rogatus ab Hilderico et Taciperga manu mea subscripsi.

☩ Ego Allo rogatus ab Hilderico et Taciperga manu mea subscripsi.

† Ego PETRUS rogatus ab HILDERICO et TACIPERGA manu mea subscripsi.

† Ego STEPHANUS notarius scriptor hujus carte post testium roborationem complevi et dedi.

NUMERO DCCCCLXXVI.

Serbulo vuole che dopo la sua morte Raculo, Prete di San Colombano di Lucca disponga della metà de' suoi averi per suffragio dell'anima sua, riserbando la metà dell'usofrutto a sua moglie Teuspranda.

ANNO 773. Aprile 19.

(Dal Bertini (1)).

† IN Dei nomine.

REGNANTE Domno nostro DESIDERIO Rege, et filio ejus Domnus nostro ADELCHIS Rege, anno regni eorum *septimodecimo*, et *quartodecimo*, tertiodecimo Kalendas Magias, per indictionem undecimam.

MANIFESTUM est mihi SERBULO, filio qd. AURIMI, quia per hanc cartulam elegere prevideo te RACHULUM Presbiterum Ecclesie Beati Sancti COLUMBANI, ut post meum decessum....tuam, et ille homo, cui istam cartulam ad exigendum dederis, potestatem habeatis vendere, et dispensare medietate ex omni re mea *pro anime meae remedio*, qualiter secundum Deum melius previderitis, tam mobile rem, quam et inmobile, simul et notrimina mea majora et minora in prefinito *pro anima mea* despensare debeatis, Reliquum vero medietatem rem meam sit in pote-

(1) Il Bertini [1] prese questa Carta *Originale* dall'Archivio Arcivescovile di Lucca († C. 66): poi vennero le Correzioni e Giunte del Barsocchini.

1 Bertini, *loc. cit.*, Appendice pag. 126.

statem conjugi meae Teusprandae si lectum meum custodierit, de me fidem maritalis observaverit, usumfructuandi, regendi, et imperandi.

Post vero ejus decessum, aut si sibi alium maritum copulaverit, sit ipsa re, quam ei ad usumfructuandum dedi, in suprascripta Dei Ecclesia Sancti Columbani *pro animae meae remedio* in integrum.

Quidem et licentiam abeatis requirendi, et exintendi, (*exigendi* (Bars.)) et compositionem tollendi de morte (1) ....secundum legem, qualiter melius potueritis, et ea pro me dispensare debeatis qualiter vobis recte apparuerit.

Et quis de meis heredibus contra hanc p......tam in aliquo agere, aut causare, vel disrumperere presumserit per quodlibet ingenium, sit componiturus ipse heres meus, una cum suis heredibus....Presbitero, vel eidem homini, cui tu hanc cartulam ad exigendum dederis, aut ejus heredibus, vel Rectoribus suprascripte Dei Ecclesiae, omnis suprascripta res *tripla* me (*in triplum* (Bars.))....quide (*in ferquidi*) loco, sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et dum ego qui supra Serbulus advivere meruero, omnis res mea in mea sit potestatem vendendi....di quid, aut qualiter voluero iterum judicandi, et haec mea decretio semper in predicto ordine firmiter persistat.

Et pro confirmatione Rachi.... (*Rachiprandum*) Clericum scribere rogavi.

Actum Luca.

Signum † manus Serbuli qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signum † manus Mauri de Apolia testis.

---

(1) *Tollendi de morte*. Qui certamente si parla del *guidrigildo* nel caso che Serbulo fosse ammazzato: disposizione simile a quelle di Valeriano Prete nel prec. Num. 944.

(*Seguono sei testimoni soggiunti dal Barsocchini*):

Signum † ms. PERSULI *Calderarii* testis
Signum † ms. ATRIPERTI testis
Signum † ms. GUMPULI filio qd. ROTTELMI testis
Signum † ms. ASPERTI testis
† Ego ALPERTO *Munitario* rogatus ec.
† Ego OSPERT filiu ASPRAND *Auriferi* rogatus
Ego RACHIPRANDUS Cler. post traditam complevi, et dedi.

NUMERO DCCCCLXXVII.

Martino di Cremona, or Diacono Ravennate, dopo una sua legazione presso Carlomagno in Francia, dona una sua casa con giardino al Capitolo Cremonese.

ANNO 773. Aprile 28. Mercoledì.

(Donatami dal Conte Morbio; indi pubblicata dall' Odorici (1)).

DUM in Dei nomine ego MARTINUS CREMONENSIS sancte catholice ecclesie RAVENNATE divina gratia Diaconus, *iussu*

(1) L'Odorici [1] ha posto in luce la prima volta questo Documento, che dee riputarsi uno de' più preziosi per la Storia d'Italia. Era l'ultima delle ventitrè Carte, onde il Conte Morbio m'avea fatto il caro e generoso dono: ma io troppo indugiai, ed ora tutti dobbiamo saper grado all' Odorici d' aver troncate le mie dimoranze.

L'uno e l'altro han tratto questo Documento dal Codice Diplomatico Cremonese, raccolto con diuturna fatica da quell'insigne uomo del Canonico Primicerio, Monsignor D. Antonio Dragoni: uomo, di cui non posso mai lodare a bastanza la dottrina, l' ingegno e la soavità de' costumi. Con chi non fu egli

1 L'Odorici, Archivio Storico Italiano, Nuova Serie, Tomo II. pag. 28. Firenze in 8.° (A. 1855).

sanctissimi in CHRISTO patre LEONE Archiepiscopo RAVENNATE, *difficile et longum iter* suscepessem et ad fines FRANCORUM fuemus, regemque eorum CHAROLUM *regem gloriosissimum* adlocussem, et in regressu meo CREMONA *patria mea* advenessem, mihi paruit esse gratum Deo atque beate Matre ejus MARIA si de bonis facultatis mee ista canonica juvessem.

INCIRCO ego idem MARTINUS indigno Diaconus vobis beatissimis Archidiaconus, Archipresbiter, Primicerius et Preposito, nec non vobis omnibus beatissimis Presbiteris et Diaconi de ordine cardine eiusdem sancte MARIE matre, de quo ordine et ego, *antequam Dei famolus fuessem*, indignus Diaconus fui, casa mea in qua abitabam dum puer fuessem vobis ab ac die *dono* et cedo, et in dominium vobis transfero.

IACET autem ipsa domus mea cum cellis, curte, furno, puteo et veridarinm prope ista vestra canonica, cui coerit *a montes*: et ideo ipsam domum meam cum veridario et omnia adiacentes vobis *donare* ordinavi, ut ipsa vestra canonica et casa mea melius abitare habeatis, *pro remedio animarum* bone memorie PAULLI patris mei *viri nobilissimi*, et SABINE *femina onoranda* mater mea.

ET ut hec mea *donacio* sequentibus temporibus salva et inconcussa sine ullius contradictione maneat in perpetuum, *manu mea* anc *donacionis* paginam *scrivere* decrevi

---

liberalissimo del gran frutto de' suoi studj? Già egli per altro avea fin dal 1840 cruditamente illustrata la donazione di Martino, Diacono[1]; ma senza stamparne l'intero testo. Le *Osservazioni*, che seguono, basteranno a farne conoscere l'importanza; lasciando star da parte ciò che risguarda soltanto il Capitolo Cremonese, principalissimo scopo del Dragoni.

[1] Dragoni, Cenni Storici sulla Chiesa Cremonese, pag. 462-472. (A. 1840).

et subter confirmavi, et vobis beatissimis fratribus meis *cardinales* de ordine iam dite sancte MARIE CREMONENSIS ecclesie confirmandam dedi.

ACT. in canonica CREMONEN., die mercur., 28 (XXVIII). mens. apr., indictione XI (1).

† Ego MARTINUS CREMONENSIS sancte catholice ecclesie RAVENNATIS Diaconus *cardinalis* in hac *donacione* a me facta et *manu mea scripta* subscripsi et firmavi, ad gloriam Dei et *remissione peccatorum meorum*.

† Ego DEUSDEDIT sancte ecclesie CREMONENSIS Archidiaconus probavi et subscripsi.

† Ego DRAGOALDUS sancte MARIE maioris CREMONENSIS ecclesie de ordine Archipresbiter probavi et subscripsi.

† Ego DIAMBERTUS sancte MARIE CREMONEN. de cardine Presbiter et Primicerius probavi et subscripsi.

† Ego LUISPRANDUS sancte MARIE maioris de cardine Presbiter probavi et subscripsi.

† Ego WIDO de ordine majori sancte MARIE Presbiter probavi et subscripsi.

† Ego SIGEBERTUS sancte MARIE CREMONENSIS Presbiter et ista canonica Prepositus in his actis probavi et subscripsi.

† Ego ADELPHREDUS sancte MARIE CREMON. de cardine Presbiter probavi et subscripsi.

† Ego GERULPHUS sancte MARIE CREMON. de cardine Diacon. in *Exenodochio* ss. EUSEBII et SYRINI Rect. probavi et subscripsi.

(1) *Indictione XI.* Sebbene Cremonese, Martino era sempre uscito dal Regno Longobardo, e però donava la sua casa nativa. Scrisse in oltre, sì come due volte dichiara, di suo proprio pugno, e senza l'opera d'un Notaro, l'*Originale* della presente donazione: motivi tutti dell'avergli fatto passare sotto silenzio gli anni de' due Re Longobardi, che nel 28. Aprile 773. si signoreggiavano in Cremona.

† Ego Theopertus de ordine cardinali sancte Marie Diaconus probavi et subscripsi.

† Ego Chinellus Diaconus de cardine cremonensi probavi et subscripsi.

† Ego Stephanus de cardine cremonensi Diaconus probavi et subscripsi.

† Ego Angelbertus d. g. *cardinalis* sancte Marie Diaconus et ejusdem ecclesie notarius probavi et subscripsi.

Signiphredus sancte cremonensis ecclesie advocatus, sede episcopali vacante per obitum sanctissimi patris Sylvini Episcopi, quod fuit in medium nocte d. XVI ad XVII mens. febbruar., in his actis interfui, probavi et subscripsi.

Signum m m m m m manum istorum

Lanthelmi, Andrei, Magifridi, Ioannis et Alfridi test.

Ego Chunibertii sancte Marie Subdiaconus et notarius in his actis interfui, et nomen istorum Lanthelmus, Andrei, Magifridi, Ioannes et Alfridus rogatus scripsi et manu mea subscripsi.

Ego Aripbandus notarius sacri palacii et iudex *autentico* uius *donacionis* vidi et legi, et ibi continebatur ut in hoc *exemplo* legitur, *exemplavi*, litera aut plus aut minus, et manu mea subscripsi.

Ego Aichardus iudex et notarius sacri palacii *autentico* uius *donacionis* vidi et legi et manu mea *exemplavi*, et sic in eo continebatur sicut in isto legitur *exemplo*, extra litteras plus minus, et manu mea subscripsi.

I.ª OSSERVAZIONE

SULLA PATRIA DI MARTINO, CHE DICESI AVERE PER LA PRIMA VOLTA INSEGNATO A CARLOMAGNO IL CAMMINO D' ITALIA.

Chi l'avrebbe creduto? Questo Diacono, che tutti giudicavano esser nato in Ravenna, nacque in Cremona, ed in una casa vicina della Canonica Cremonese, dal *nobilissimo* Paolo e dall'*onoranda femmina* Sabina. Per tanti nomi Romani, ben questa famiglia, come anche notò l'Odorici, sembra essere stata una del *sangue* de' vinti, ma *Longobardizzata* come tutti gli altri vinti Romani quanto alla loro cittadinanza e condizione civile. Martino in prima ebbe il Diaconato della Chiesa Cremonese; indi si fece Monaco; poscia passò in Ravenna e diventovvi Diacono Cardinale, non che Arcidiacono. Dopo un lungo tratto, s'udì salutare Arcivescovo di Ravenna verso l'811, e morì di novant'anni. Andrea, detto Agnello Ravennate, che il conobbe, ne compose la Vita fra quelle degli altri Pontefici della sua patria, e descrisse le vaste membra di lui, e le sue atletiche sembianze, attribuendogli d'aver mostrato a Carlomagno *la prima volta* il cammino d'Italia, per comandamento avutone dall'Arcivescovo Leone di Ravenna.

Immenso fu il beneficio fatto dal Dragoni alla Storia d'Italia coll'aver tornata in vita la presente donazione del 28. Aprile 773. Poichè intorno alla venuta di Carlomagno la Storia d'Italia s'era travolta in leggenda; e la Poesia eras'impadronita dell'argomento, sì che de' due fra' maggiori Poeti dell'età nostra, l'uno avea dato le qualità di quasi un *Messo di Dio* al Diacono Martino, e l'altro quelle di traditore per aver mostrato il cammino a' Franchi, esclamando: *Pera dell'empio il nome!* La Carta Dragoniana ci rivela tutta la verità.

II.ª OSSERVAZIONE

SULLA VERA LEGAZIONE DEL DIACONO MARTINO A CARLOMAGNO IN FRANCIA.

Volentieri parlava il Diacono Martino di sè; volentieri della sua nobiltà e della sua gita in Francia, sì come fece nella do-

nazione del 28. Aprile, ove tali cose avrebbero potuto senza danno tacersi. Tali nature d'uomini credon sovente d'aver oprato ciò che non oprarono, e d'essere stati con le loro parole cagione de' più grandi effetti. Somiglian costoro in qualche modo a que' Retori, che si vantavano presso l'Aquinate d'aver con le loro scritture persuaso Lucio Silla a rimettersi nella vita privata. *Consilium dedimus Sullae!*

Or dunque, il fatto della Legazione di Martino in Francia, nel nome dell'Arcivescovo di Ravenna, mercè le cure del Dragoni, è divenuto certo: ciò basta per confutare i detti d'Agnello Ravennate. Del che ben erasi accorto Iacopo Durandi [1], affermando, che Agnello *con bugiarda millanteria* cercò d'attribuire a Leone Arcivescovo di Ravenna *l'empia vanità* d'aver fatto mostrare a Carlomagno il cammino d'Italia. *Qual cammino*, diceva il Durandi [2], *qual cammino dovea mostrarsi a' Franchi, se costoro eran padroni della Valle di Susa da tanti anni e conosceano per pratica ogni passo delle sue montagne?* » Hic (cioè Leo Arcivescovo), PRIMUS FRAN- » CIS ITALIAE iter ostendit per MARTINUM diaconum suum ». Senza credere propriamente col Durandi ad una *bugiarda millanteria* d'Agnello Ravennate, si può ben sospettare, che la Legazione di Martino, in Francia fosse stata l'appicco per far dire alle genti d'essersi da lui additato quel cammino: si può ben sospettare, che Martino, cotanto proclive a favellar di se, avesse detto d'aver altra volta nella sua valida età parlato delle vie d'Italia in generale con Carlomagno prima del 28. Aprile 773. Tal detto, passato di bocca in bocca, s'ingrandì e generò naturalmente le favole d'Agnello Ravennate.

III.ª OSSERVAZIONE

SULLA FALSITA' DEL RACCONTO D'AVER MARTINO MOSTRATO IL CAMMINO A' FRANCHI.

Gli Annali de' Franchi, muti quasi sempre intorno a' fatti più rilevanti della Storia, posero la più gran diligenza nel notare in che luogo i Re loro celebrarono la Pasqua. Tutti ac-

1 Durandi, Notizie del Piemonte Traspadano, pag. 90. Nota (22), (A. 1803).
2 *Id. Ibid.*, pag. 87.

cordaronsi nel narrare, che Carlomagno passò l'inverno in Thionville (*Theodonis Villa*), e celebrò la Pasqua del 773 in Heristallo, fra Liegi ed Aquisgrana. La Pasqua cadde allora nel 18. Aprile.

Stando in Thionville, vi giunse Pietro, Legato d'Adriano I.° Pontefice Romano, ma per via di mare, poichè il Re Desiderio custodiva tutti gli aditi, e stava da per ogni dove in orecchio per vietare i passi agli Ambasciatori di Roma. Non così avvenne al Diacono Martino; il quale potè a suo bell'agio venire per via di terra in Cremona, ed ivi, a suon di tromba, darsi vanto innanzi al Capitolo, ch'egli giungea di Francia, dove favellato avea col *gloriosissimo* Carlo.

